J. W.
3036

John Windsor
65 Piccadilly
Manchester.

1. 8. C

NATIONAL LIBRARY OF MEDICINE

Bethesda, Maryland

John Windsor

~~Joh. Bedford.~~
~~Romae Mayo 19 1724~~

Chonlant: Geschichte der anat. Abbildung. V. 30.

(Fond's Cat. 1810)

No Acc. No

Anatomia Carpi.

ISAGOGE BREVES

Perlucide ac uberime, in Anatomiam humani corporis, a, cõmuni Medicorum Academia, usitatam, a, Carpo in Almo Bononiensi Gymnasio Ordinariam Chirurgiæ publicæ Docente, ad suorum Scholasticorum preces in lucẽ date.



VENETIIS ANNO .D. M.CCCCC.XXXV.

¶Niger Cremonenſis de Caſale maiori
Ad lectorem.

Qui cupit exertos humani corporis artus/
Sectaq; membra ſuis quęq; videre locis:
Ille legat docti perfecta volumina Carpi:
Nec ſibi Mundinum iudicet eſſe ſatis.
Ditior hic illo eſt,& quod Mundinus omittit
Quodq; docet pariter plenius iſte refert.
Singula de noſtro ſoluiſſe Promethea credes
Corpore:quæ tenui finxerat ante luto.

¶Nicolaus Bargileſius Bonoñ.

Diſſecuit varios hominem Mundinus in artus
Subijciens cupidis quæq; videnda oculis.
Mundinum at melior diuiſit Carpus: & auxit:
Ne foret/alterutrum qui ſibi forte pareť.

Idem.

In Carpo ſeri diſcent tua ſcripta ne potes:
Hæc Mundine etenim charta loquetur anus.

¶Idem Nicolaus Bargileſius Bonoñ.

Iactauit quondam claro ſe Felſina alumno/
Italiæ ſummum Felſina docta decus.
Græcia culta ſuos cui non componere honores
Audeat:aut celebres promere Roma viros:
Inclyta Mundini quum primum ſcripta diſerti
Aſſidua vidit uoluere quemq; manu.
Nunc vero quo nam merito te carmine dicam/
Iam tolles nitidum ſydera ad alta caput.
Nam cura/& magni effecit facundia Carpi:
Laudibus vt ſurgas conſpicienda nouis.
Dum quicquid ſtudium fugit:mentemq; fefellit
Mudini:(nam quis omnia noſſe queat:)
Legit:& in numerum meliusq; cultumq; redegit:
Plurimaq; ingenti terſit:& auxit ope.
Vt quondam latio fueras quæ prima ſub orbe
Vna fores eadem gloria:& orbis honos.

¶ Illustriſ. Ac Clariſſimo Dño. D. Alberto Pio/Carpoꝝ Comite & Dño meritiſs. Iacobus Berengarius Carpenſis S. P. D.



Vm diuturna/& pene ęterna Illuſtriſ. Princeps ea cenſeri ſoleant/quibus/a/primis annis aſſueſcere ſolemus/mihi perſuaſum eſt/nullam obliuionē delere potuiſſe q̄plurima' honeſtiſſima ſtudia/quæ tecū in manſuetioꝝ muſaꝝ rudimentis ſub fœlici memoria Aldi Manutij Ro. præceptoris noſtri conferebā. Et illud in primis nequaq̄ de alta/ac diuina mente tua excidiſſe exiſtimarim: quod per iocum experiri placuit (nam ætas illa ioco plurimum gaudet) placuit autem: vt porci Anotomia/a/nobis fieret: mihiq̄ ſectionis munus demandatū eſt: vtpote qui ſub genitore meo in Chirurgica arte ab infantia pene exercitatus fortem. Tanta (teſtor Deos immortales) ex illo tempore Anatomiæ dulcedo/mentem animūq̄ meum tenuit: vt omnē ætatem ijs Medicinę elemētis: non minori bonorum profeſſorum vtilitate/q̄ priuata voluptate cōtriuerim: libros huiuſce diſciplinæ q̄plurimos: ſed indigeſtos lectitando: quos eoꝝ authores ad alia trāsferentes uolumina/fabulas potius q̄ Anatomiā ſcribere videbantur: quo factum eſt/vt pauci/vel nulli: hac noſtra tempeſtate/tam neceſſariæ/ac precioſiſſimæ artis finem nouerint. Accedebat inſuper ad eius ignorationem (ſic mea fert opinio) fœda/ac multis ſtomacoſa membrorum ſectio/ creberrimaq̄ illorum atrectatio/ Et cū ego q̄plurima centena cadauerū ſecuerim: q̄ pauci ætatis noſtrę Medici hanc artem nouerint: intellexi. Quare præſenti/ac futuro ſæculo prodeſſe cupiens: non minus pium/ q̄ ſaluberrimū fore putaui: cōmentaria quædā/& digreſſiones ſuper Anatomia Mundini componere: quæ antiquorum philoſophorum: pariter & medicorum ſapienter ſcripta de humani corporis admirabili mole demonſtrant: illaq̄ copioſe traddita /a/ q̄plurimis medicinæ ſtudioſiſſimis viris rogatus in lucē Dedi. Cum autem actu & oculata fide. Academici Anatomiā cognoſcere cupiant: Ars in illis cōmentarijs diffuſa eſt: q̄ vt breuiter cognoſci poſſit. Et propterea ad cōmunem omnium bonorū vtilitatem præſens perlucidum Enchiridion omni alio ſibi pari vberius de ipſa Anatomia compoſui: in quo omnia in cōmuni ſectione deſignata apparent: eiuſq̄ beneficio: omnis longę inquiſitionis laboraberit: Hocq̄ Alberte clariſſime/ ac ſapientiſſime Princeps nuncupatim tibi dedicaui: eoꝝ adductus exemplo: qui labores ſuos alicui deorum conſecrarunt: vt ſub illorum numine ſecurius in manus hominum peruenirent: idq̄ inſtantius egi: q̄ tu vnus inter reip. Chriſtianæ

404789

primores/nõ ſolũ bonoꝝ fortunæ: Sed cuius uis Mineruæ ſis facile princeps. Naturalis. n. ac moralis Philoſophia: & quæ Deum contemplatur. Theologia: & omnes deniq; ſcientię ſunt tibi tanta amicitia/ ac affinitate coniunctæ: vt ſapientis nomen apud omnes merito tibi vendicaueris. Et cũ ſemper benignus fueris: ſiſq; Carporum patrię meæ/meiq; meritiſſimus Princeps/fortunas meas/ingenium/cogitationem/mentẽ deniq; omnem/benignitati tuę Debere nõ eram inſcius/& eo maxime: q; in ædibus tuis omnium bonarũ diſciplinarum nido: huiuſce precioſiſſimæ artis principia/tuo ſub fœlici auſpicio iniciauerim: Suſcipe igitur glorioſiſſime Princeps læto animo/ac ſerena fronte: hoc de Anatomia Enchiridion/a fido ac ſincero mancipio tibi dicatum: quando non minus Regium ſit/munera quãtulacunq; fuerint/hillari fronte ſuſcipere: q̃ p̃cioſiſſima elargiri: Oblationes ſiquidẽ lacteas a cretenſi paſtore Ioui datas gratiſſimas fuiſſe conſtat: nec eorum munera aſpernatur/ qui cum Thus non habeant/mola ſalſa litant/tantum. n. ex labore meo ętatis noſtræ medici tibi debebunt/quantum & voluptatis: & vtilitatis ex hoc libello ſuſcipient/ quo: cum in hac materia alius breuior: & lucidior nõ fuerit: Celſitudini tuæ ad decantandas laudes ſemper obnoxij mecum dicent: deus tua vota fœcundet. Vale.

ISAGOGE IACOBI CARPI IN ANATOMIAM HVMANI CORPORIS.

Illumina me domine ſpiritu veritatis & manifeſtabo opera manuum tuarum.



HOC OPVS DVAS HABET PARTES. Prima vniuerſalia. Secunda particularia tractat. Prima notat ſecundum aliquos hoc nomen Anatomia deriuari ab Ana. Græce: quod latine ſignificat per ſurſum/Re Aequaleq; rectũ: & tomos: quod Diuiſio ſeu ſectio Dicitur: quaſi recta per partes: uel circa partes diuiſio.

¶ Sed verius interpretando/Ana in cõpoſitione/ prçter alia/ſignificat per ſingulas partes inueſtigationem quandã/vnde in compoſitione huius verbi temno/quod eſt incido/ſignificat in ſingulas partes ſeco/inueſtigandi cauſa quæ & quot ſint: & quãq; ratio videatur Dici de omnibus/quæ partes habent/vſus tamen obtinuit/ vt de animalibus & maxime De hominibus Dicatur.

¶ Eſt igitur Anatomia ſeu Anatome Diuiſio omniũ corporis animalis partium: inueſtigandi cauſa: earum ſubſtantiam: quantitatem/numerum/figuram/ſitum/& colligantiam: & hçc in mortuis. Et ideo Dicebat Gal. in libro De conſtitutione artis medicatiuę: puto neceſſarium eſſe nobis cum hanc conſtituimus artem non ſolum cognoſcere particulas & illarum compoſitionẽ/ſed etiam operationes earũ: & in hoc Differunt medici ab ædificatoribus. Illi. n. domorum particulas ſolas & compoſitionem ſciunt: nulla tamen earum operatur eo quia non eſt animal: a medicis autẽ membrorum hominis: inquantũ eſt animal: operationes ſunt querendæ: & quia vere in viuo homine & nõ mortuo operationes: complexiones/& paſſiones ſunt: Ideo hçc tria in eis vltra ſex prędicta inueſtigantur. Sunt igitur in reali anatomia oĩa p̃dicta nouẽ cõſiderãda.

¶ Sed quia a toto tãq; a notiori eſt incipiendũ. Primo ſituato aliquo cadauere ſupino in loco inciſioni ac oſtenſioni apto. Prius loto & a pilis raſo & a ſordibus optime mundato/a capite vſq; ad pedes. Sciẽdum eſt corpus Diuidi. In quatuor partes. ſ. in tres ventres notabiles: & in extrema. ſ. manus & pedes cum alijs quibuſdam.

¶ Prima pars eſt teſta: caput Dicta eo quia ibi ſenſus initium capiunt: in quo mẽbra animalia cõtinentur. hçc pars ſupremus venter appellat.

¶ Secunda pars est concauitas intra costas & ossa eis annexa/in qua principaliter spiritalia seu vitalia & aliqua alia membra sunt. Et hæc pectus & etiam cassus: & venter medius Dicitur.

¶ Tertia pars est concauitas: quæ est intra abdomen & partem Dorsi infra septũ transuersum alias diafragma Descendendo ante vsq; ad pectinem & retro vsq; ad anum/in qua membra nutritiua & etiã generatiua pro parte continentur: & hęc venter inferior nuncupatur.

¶ Quarta pars est totum corporis residuum: vti collum/manus/& pedes/ac illis seruientia.

Hęc pro prima parte.

DE ANATOMIA VENTRIS INFERIORIS.



ISA parte vniuersali ad particularem Deuenio: in qua operator incipere Debet sectionem a ventre inferiori: in quo sunt multa membra prius anatomizanda & abijcienda: ne corporis reliquũ sua putredine & prauo odore (si postponantur) impediant.

¶ Dicamus igitur istũ ventrẽ iuxta prędictas nouẽ cõditiones considerari Debere: Et primo circa substantiã: quæ est Diuersa tam secundũ partes cõtinẽtes q̃ cõtentas. Substantia partium cõtentarũ loco suo apparebit: Continentium vero in parte anteriori & laterali: pãniculosa & musculosa est: vt constrictioni & Dilatationi apta sit propter impregnationem & cibaria & alia ijs similia.

¶ In istis partibus est etiã in corpore pinguí notabilis pinguedo: In Demacrato vero est pauca: & interdũ nulla: & pinguedo nõ est proprie membrũ: sed est aduenies & recedens tãq; superfluitas/vtilis tamen.

¶ Posterior vero substãtia huius ventris: est carnosa/musculosa: ossosa: ac etiam parum membranosa.

¶ Quantitas eius & figura patent: situs & locus suus: est sub ventre vitaliũ membrorũ septotransuerso mediante: Incipiendo a furcula pectoris inferiori & a cõfinibus ab vtroq; latere quinq; costarũ inferiorum: & transit vsq; ad partem in qua corpus bipartitur a magnis pedibus/quibus alligatur. Sua etiã colligantia est cum cerebro mediantibus neruis: & cũ corde mediantibus arterijs: & cum ventre medio per musculos aliquos. De colligantia ipsius cum hepate & membris generationis omnibus notum est.

¶Numero est vnus venter: Numerus tamen partium eius est diuersus: quia aliquæ partes sunt contentę/aliquę continentes. Cõtentę sunt Iecur cum sua parua cysti continente bilem: & Lien: & Ventriculus a multis stomachus Dictus: licet male: & sex intestina cum venis per ea Dispersis: & renes cum suis emulgentibus: & vesica cum poris vritidibus: qui Dicuntur emulctoria renum: & Mesentereon cum suis glandulis: & vena portæ: & vena chilis cum Arteria Aorta Descendentes: & venæ ac Arteriæ vmbilicales: & vasa seminaria cum Didimis & Testibus: & Matrix in fœmina: & licet Didimi & testes cũ suo scorto seu oscheo sint exteriores: ponuntur tñ in isto ventre quia alligantur ei imediate.

¶Partium vero continentium: Alię sunt cõmunes: alię proprie: & aliæ magis proprie/communes sunt omnes illæ partes quę istum ventrem circundant: scilicet anteriores: laterales: & posteriores: anteriores & laterales latine Dicuntur. Sumen/antiquitus vero abdomen: græce epigastrion & ab aliquibus hetron: & arabice mirach/posteriores Dicitur Imum Dorsi.

¶Partes vero proprie: aliæ sunt ante/aliæ a lateribus/aliæ posterius/quæ sunt ante a recentioribus medicis communiter ponuntur quinq;.

¶Prima a superiori incipiens quę est in medio corporis circa furculam inferiorem pectoris Dicitur gladialis: & scutalis chartilago/& etiam pomum granatum/hæc tamen pars est cõmunis ventri medio & inferiori paruum occupans locum.

¶Secunda sub ista immediate est pars Dicta stomachalis: quia stomachus. i. ventriculus est in ista regione cum sua parte anteriori: & hæc pars se extendit vsq; ad vmbilicum.

¶Tertia est pars vmbilicalis Dicta: & est ea pars in qua est vmbilicus clausus in medio abdominis iam fruſtratus in nato a suo principali opere.

¶Quarta pars est Dicta a Mundino sumen: quia est pars eminentior ipsius sumen/& ibi sumitur pars pro toto: hæc regio est ab vmbilico vsq; ad pectinem.

¶Quinta est pars pecten Dicta/intra quam est os pubis seu pectinis. In ista regione intra ventrem incipit collum vesicæ in vtroq; sexu & matricis in fœmina.

¶Partes laterales proprie ab vtroq; latere equaliter Diuisæ. Cõmuniter a medicis sunt positæ Duæ. s. superior & inferior: superior Dicitur hypocundriũ/inferior Dicitur iliũ vel flancus: ilia etiã Dicuntur lagona & cenona: in hypocundrio Dextro est Iecur siue hepar: Lien vero est in

finiſtro. Ilioq; pars ſuperior incipit a ſupremo oſſium ancharum & finitur verſus inferius in extremo huius ventris/ipſorum infima pars Dicitur inguen & bubo. hypocundria vero incipiunt ab extremis caſtarum mendoſarum/& inferius terminantur ad ilia: inter ilia & hypocundria apparet certa cauitas quando homo ad anteriora flectitur quæ ab aliquibus vocatur colago & ab aliquibus itrum.

¶ Partes poſteriores pròprie Dictæ/aliæ ſunt in medio/aliæ a lateribus/quæ ſunt in medio Dicuntur ſpina inferior & filum inferius Dorſi.

¶ Laterales aliæ ſuperiores & aliæ inferiores/ſuperiores Dicuntur regiones lumbares & renales: iferiores Dicſitur partes ſupra clunes ſeu nates.

¶ Partes vero magis proprie nominatæ/aliæ etiam ſunt anteriores/aliç laterales/& aliæ poſteriores. Anteriores & laterales coincidunt/& ſunt cutis primo occurrens/ſub qua eſt pinguedo & octo muſculi/quoq; quatuor ſunt obliqui/& Duo longi/& duo lati omnes dilatati & vniti ad inſtar pãniculi: qui poteſt vocari immo ab Auic. vocatur panniculus carnoſus: nec ibi eſt alter pãniculus carnoſus: vt putant moderni.

¶ Sub muſculis eſt membrana ſubtilis & Dura. Græce peritonèon alias peritonion dicta/& arabice ſifac. hec oĩa cõponſit abdomẽ ſiue mirach.

¶ Poſteriores vero partes etiam magis proprie dictæ ſunt cutis: interdum aliqua pinguedo/Caro muſculoſa ab vtroq; latere ſpondiliũ ſcilicet ante & retro lumbaris ab aliquibus vocata: & caro non muſculoſa ſimplex replens huius partis lòca vacua: & ſpondili renum ſiue alkatim/& tria oſſa oſſis ſacri: ſiue tres ſpondili arabice alhouius Dicti: & tres ſpondili alhoſos ſiue caudæ/& ſuæ chartilagines/cum ſuis pãniculis & neruis/venis & arterijs: & pãniculo peritoniõ: iſtarum partium anatomia Dicetur loco ſuo: Nunc autem ad Anatomiam abdominis me conuerto.

¶ De cute ventris inferioris & De vmbilico.

COnſiderabis primo locum vmbilici qui Dicitur radix hominis: qui habet extra corpus verſus matricem Duas venas & ſepiſſime vnam: & Duas arterias putamine cuticulari obductas: qui Innouiter natis ligatur & ſecatur prope abdomẽ & per ſe cõſolidatur & clauditur: eius pars media ſic conſolidata acrophalũ Dicitur: & quia corugata eſt Dicitur vetula: & græce grea: prędictis cõſideratis ſeca cutem ſecundum crucem in lungum & latum in toto abdomine: & excoria ipſam ſeruando vmbilicum ileſum: quem ſepiſſime videbis ingredi ventrem cum vna vena notabili & Duabus arterijs: quæ innatis ſunt fruſtratæ a proprio opere.

¶ Vena eſt aſcendens penetrans in cõcauo hepatis in vena portæ.

¶ Arteriæ deſcendunt per partem interiorem abdominis fere vſq; ad pectinem: & tranſeunt ad Dorſum a lateribus veſicæ/& implantãtur vna a dextris alia a ſiniſtris in arteriã aortam circa os ſacrum iſta renes bifurcãtam.

¶ Ex iſtis vaſis meat ſanguis & ſpiritus ad Iecur & ad cor infantis in vtero matris iſtum vmbilicum melius videbis poſt Anatomiam abdominis/quem cum diligentia ſeruabis cutem conſiderando: quæ Duplex eſt: prima eſt exterior: quæ eſt membrorũ groſſa ſuperfluitas ideo renaſcitur: ſecunda eſt interior neruea non renaſcens/ſub qua vel in qua circa latera in quolibet ſexu ſunt duæ venæ: vna a Dextris alia a ſiniſtris cum Difficultate in nato viſibiles: ſed in fœtibus triũ menſiũ optime apparent quæ aſcendunt vſq; ad mãmillas: quas conſidera & conſerua pro Anatomia mãmillaꝝ maxime in femina.

¶ In tota tamen cute corporis ſunt prętenues venæ in fibras Diſperſæ & adeo tenues & anguſtę vt per eas penetrare ſanguis nõ poſſit aliud ue q̃ exilis humor/qui ſudor & ſanguinis ſeroſitas appellatur.

¶ De pinguedine.

POſt cutim eſt ſemper aliqua piuguedo maxime in corpore non reſoluto ab egritudine/maior in vno q̃ in alio/quã remoue vt melius videantur membra ſub ea contenta.

¶ De muſculis ventris inferioris.

POſt pinguedinem ſunt videndi octo muſculi abdominis: quorum primo occurrunt quatuor obliqui nominati/Eorum Duo locantur a dextris & Duo a ſiniſtris: qui cum ſuis cõrdis tegunt a ſumo ad Imũ totum iſtum ventrem anterius & ſuperequitant omnes alios: In quolibet enim latere ventris & ante i medio abdominis vnus ipſoꝝ eſt deſcendens: & vnus aſcendens/Deſcendentes ſunt ſupra aſcendentes: quos videbis Duce docta manu.

¶ Primo ſeparabis caute Deſcendentes ab aſcendentibus & reperies in quolibet latere ventris eos inuicem incruciari vna Crux eſt a Dextris alia a ſiniſtris/eorum pars carnea ſeſe inuicem incruciat ſicut neruea ſeu cordoſa etiam ſe inuicem incruciat/ſui vili tendunt ſemper oblique a lateribus verſus medium ventris/itaq; cordæ iſtorum muſculorũ Dextri lateris tendunt ad ſiniſtram partem eiuſdem lateris Dextri: &

contrario modo tendunt cordæ musculorum sinistri lateris, ſ. in quolibet latere ſuæ proprie cordæ ſeſe inuicem incruciant.

¶ Et musculi obliqui incipiunt facere cordam cum obuiant musculis longis/& corde musculorum dextri lateris & etiam sinistri terminantur vbi musculi longi sunt cõtiguiꝫ qui locus est in medio ventris per lineã rectã a pomo granato vsq; ad pectinem.

¶ Descendentes trahunt ortum a pectore / ascendentes a regione suprema & anteriori ossium ancharum/ipsorum cordæ sunt bitunicales: latæ valde/de difficili seperabilis: ortæ a panniculis tegentibus eos: & a vilis neruei per eos Dispersis.

¶ Duę tunicæ cordarum musculorum Descendentiũ in quolibet latere & vna tunica cordarum musculorum ascendentium supra tegunt musculum longum sui lateris: a summo ad imũ: Vna etiam tunica musculorum obliquorum tegit seu inuoluit musculum longum sui lateris versus inferius. ſ. versus cordam musculi lati: quia musculi longi carent proprio panniculo eos tegente/ vt sensus Demonstrat: & prędictos musculos obliquos optime videre potes in tribus imediate sequentibus figuris: Omnes tamen eorum cordas in secando Diligenter vide: quas non moueas integre nisi supra musculos longos existentes: quæ autem sunt sub musculis longis seruande sunt vsq; quo Anatomizasti eos.



¶ In hac figura habes Duos musculos obliquos Descendentes unū a Dextris alium ā sinistris: qui sūt supra oēs musculos: Eorū pars carnea apparet a lateribus & i medio ventris: Supra musculos lūgos sunt eo tū cordę. s. vna a Dextris: alia a sinistris: pelliculares & latę quę terminātur in linea: quæ est i medio ventris: vt uides & cordæ istæ sūt Duarū pelliculārum. s. secūdū sub: & supra.

¶ In hac figura habes Duos musculos obliquos ascendentes: qui se incruciãt cũ Duobus Descendẽtibus in alia figura positis: qui q dẽ Descẽdẽtes sunt supra istos ascendentes: & totus vnus ex p̃dictis musculis descendẽtib⁹ supra positis in alia figura cũ corda sua superequitat obliquẽ musculũ vnum ex istis ascẽdẽtib⁹ obliquẽ: & faciunt simul figurã. x. lr̃e græce: & istorum musculoꝝ etiã pars carnea



est a lateribus: cordæ vero eorũ sunt in medio vẽtris: q̃ sũt ẽt Duæ pelliculæ: & habent vnã pelliculã tantũ superequitantẽ musculos longos: alia vero pellicula est infra musculos longos: q̃ adheret cordis latitudinaliũ musculoꝝ: & istę cordæ ẽt terminãtur in linea: q̃ ẽ i medio uẽtris: ut vides.



¶ In hac figura vides qualiter elleuatis musculis lõgis: sub eis est vna pellicula/ quæ est de corda musculorũ obliquorũ/ quæ habet villos obliquos: & est vna sub quolibet musculo lõgo vt vides in hac figura: & musculi lõgi sunt illi q pendẽt iter coxas: vt appareant elleuati a lõcosuo naturali/ut possint videri cordæ prędictorũ musculorũ obliquorũ ascendentium.

¶ De Musculis longis.

MVsculi longi seu recti: sunt Duo/in medio abdominis sub & supra cordas antedictas locati / a furcula inferiori pectoris tendentes cum suis villis per longum ventris vsq; ad os pectinis: & ideo Dicuntur longi: isti sunt sibi contigui/ occupantes partem anteriorem vētris per latum/in quantitate latitudinis in totum octo digitorum vel circa. Isti musculi non habent proprium panniculum sicut alij: habent tamen cordas breues terminatas in pectine: & non habent alias cordas. Sua substātia carnea est: & diuisa in latum per Duo intermedia neruea seu ligamentalia: quorum vnum est supra regionem vmbilicalē: aliud infra: taliter quod quilibet musculis videtur Diuisus in tres partes carneas notabiliter Distinctas: vt potes videre in figura sequente.



¶ In hac figura vides duos musculos lõgos denudatos a cordis musculoꝝ obliquoꝝ qui musculi lõgi sũt supra cordas musculoꝝ latitudinaliũ: & quilibet musculꝰ habet duas diuisiões nerueas seu ligamẽtales in se platũ tendẽtes, s. vnã supra vmbilicum & aliã infra vt vides/& ita quilibet musculꝰ lõgus videt diuisus in tres partes seu in tres musculos: & hoc fecit natura ga quãto villi musculorũ

sunt breuiores: tanto melius & facilius contrahuntur.

¶ De Musculis latis.

VIsis prędictis: musculos tam óbliquos q̃ rectos abijcias: vt melius videas latos: qui sunt sub longis cũ suis cordis mediante vna ex tunicis cordaꝝ musculoꝝ obliquorũ ascendentiũ/quã vide cum Diligentia/post q̃ remoti sunt musculi lõgi: quę tunuica est subtilis valde: alligata notabiliter cordis musculorum latitudinalium: qui musculi lati habent suam partem carneã sub parte carnea obliquorum: & isti Dicuntur lati quia positio suoꝝ villoꝝ est per latum ventris/& isti sunt magis supra regionem vmbilicalem q̃ infra: quia a superioribus ad inferiora est sua principalis operatio: quę est expulsiuam intestinorum iuuare: eorum pars carnea est Dorsum versus: Terminantur in cordas in illa regione vbi est situs longitudinalium: & Dexter obuiat sinistro mediante sua corda/ipsoꝝ pars carnea est sub carne obliquorum & corde sue sũt imediate sub cordis obliquoꝝ ascendentium p̃dictoꝝ: istę cordę sunt etiã multum latę: & etiã bitunicales: durę: inuicem compactę: pániculo peritonio seu siphac alligatę & suę cordę icruciãt se cũ musculis lõgis ad angulos rectos.

¶ Ex prędictis apparuit situs musculoꝝ ventris inferioris, sua substantia sua q̃titas/sua figura: est cõspicabilis: Numero sunt octo: quattuor obliqui: Duo longi/Duo lati: colligãtia est ostensa: Firmissime, n. inuicẽ sunt cõcatenati & taliter sunt vniti q̃ iudicãtur vnus pániculus qui Dicitur carnosus, Complexio eorum in viuo patet ex sua substantia.

¶ Iuuamẽta eorum sunt calefacere intestina/& manutenere vnita omnia membra nutritionis: & iuuare retentiuam: expulsiuã tamen principaliter: iuuant & interdum membra anhelitus: maxime in flamine cũ ictu: & in violenta expiratione: passiones omniũ modoꝝ possunt pati.

¶ Prędictos musculos videbis in prima figura subsequente & in secunda figura videbis situ: locũ & etiã figuram octo musculorum abdominis: seu epigastri: alias mirach: qui tamẽ melius hos musculos: & multa alia perscrutari intendit/ad nostra super Mundino cõmentaria recursum habeat de quorum labore post mortem me amabit inuidia.



¶Habes i hac figura Duos musculos latos supra quos erant musculi lõgi & obliq: q nũc sunt elleuati ab eis: vt vides / & istoꝝ musculoꝝ latitudinalium pars carnea est a lateribus / ps vero eoꝝ neruea. s. cord̃ eorum sunt ĩ medio uẽtris / & sunt ex Duabus pelliculis cõposite. s. secũdũ sub & supra / & sũt alligatæ cũ pãniculo siphac / & isti musculi sũt magis ĩ superiori pte huius ventris q̃ in inferiori: vt vides: vt melius expellant inferius quod in intestinis est.

¶ In hac figura sunt tres species musculorū .s. obliq: lōgi & lati: & habes ī dextra parte duos musculos/ qui nō sūt regētes totam partem dextrā sicut faciūt naturaliter & vt monstratū est in prima & secunda figura: & sic in hoc loco facti sunt: vt meliusvideatur eorum incruciatio ī sinistra vero parte habes vnū musculū longū & vnū latū cuius latitātū apparet pars carnea corda vero ipsi⁹ musculi lati ē sub musculo lōgo prædicto.



¶ De Peritonio seu Siphac.

VIsis prędictis Eleua cũ cautela cordas musculoꝝ latorũ ab una mẽ brana sibi annexa versus intestina: quę est subtilis & dura: Peritonion & Siphac nominata: ista ambit totam vacuitatẽ ventris inferioris circũquaq; Rotonda est non perfectę tamen. Sua substãtia est Neruea: dura: sua figura dicta est.

¶ Ab isto pãniculo oriuntur duæ burse vel sacci: in qbus sunt duo testes. intra scortũ locati: quæ sunt partes ipsius scroti/sua quãtitas est quãta est vacuitas ventris inferioris/ situs patet/numero est vnus pãniculus solus: colligantia sua est cum musculis latis & cum omnibus mẽbris cõtentis in isto ventre: & omnia membra huius ventris habent pãniculum proprium ea inuoluentem: ortum ab isto peritonio.

¶ Colligatur ẽm Auic. cũ pleura/colligatur etiam septotransuerso & testibus/sua complexio est illa: quæ est aliorum panniculorum.

¶ Iuuamenta sua: sunt ligare dorso mẽbra nutritiõis & generationis: & calefacere intestina: & ea seruare a Ruptura: & ea habet manutenere ab exitu extra ventrẽ. Iuuat etiã simul cũ septotranuerso expulsionem contẽ torũ in ventriculo: & in intestinis: & in matrice.

¶ Passiones oĩum modoꝝ patit/sua ppria passio est crepatura & mollificatio. Cura oĩum vide alibi: qa ĩ Demõstratiõe anatomię nõ cõuenit ponere curã aflictis: neq; curã vulneꝝ abdñis/nec ĩtestinoꝝ/nec modũ castrãdi nec extrahẽdi lapidẽ/sicut fecit Mũdin⁹/nec cẽt alteri⁹ ęgritudinis: Dicem⁹ tñ aliqd de flobotomia venaꝝ Guidez: & forte aliqua alia singularia.

¶ De Omento siue Zirbo.

PRędicta mẽbra abijcienda sunt: vt melius videatur residuũ mẽbrorum: & primo occurrit Zirb⁹ seu Omẽtũ: Rete a vulgaribus dictũ quod est membrũ compositũ duabus pelliculis nerueis subtilissimis: cũ multa pinguedine sibi annexa.

¶ Habet hoc membrũ plures venas pulsantes & quietas/manifestiores tamen in macro corpore q̃ in pingui: Sui pãniculi sunt discontinui per totum: nisi circa circunferentiã ei⁹/habet formã marsupij seu sacci: est. n. inter ipsas pelliculas maxima concauitas.

¶ Sua substantia est dicta: Colligantia est cũ Siphac/cũ Colon: & cum Splene. Suus situs est antę versus: supra intestina extensus a ventriculo vsq; ad inguina. Sua magnitudo est cõspicabilis: Numero est vnũ membrũ solũ. Sua figura est tacta: Sua cõplexio est cõplexio partiũ eũ cõponentiũ: Sua iuuamẽta sunt iuuare digestiuã & remollire feces. Passiones omniũ modoꝝ põt pati: Causat Ramicẽ in scorto. In vmbilico & in iguinibus: & alibi in lumine: si rumpatur vel mollificetur peritonion.

¶De Inteſtinis.

ELeua Zirbum & videbis inteſtina quæ ſunt continua/a ventriculo ad Anum: voluta & reuoluta: vt longo tempore retineant cibum gratia boni finis/& numero ſunt ſex.

¶Primo ab inferiori aſcẽdendo: eſt Rectũ: longitudine palmi vel circa.

¶Secũdo eſt Colon: quod aſcendit per partem ſiniſtram vſq; ad regionem Renis & lienis/Deinde trãſit a ſiniſtro in dextrum: ſuperequitando ſtomachũ: & in dextro vnitur inteſtino ſacco: circa ſuprema partem oſſis Anche locato.

¶Hocinteſtinum ſaccus & Cecus dictus: eſt tertium in ordine numerandum: Et iſta tria dicuntur groſſæ ſubſtantiæ: Carnoſa enim ſunt: & poſſunt conſolidari ſi ſoluantur.

¶Quarto eſt inteſtinũ longũ. Ileon & Reuolutum ſeu inuolutũ dictum: qa reuoluitur vndequaq; per ventrẽ. Quinto eſt Ieiunum. Sexto Duodenum: Et iſta tria ſunt ſubtilia: ab aliquibus lactes dicta: quoꝝ ſolutio non conſolidatur ſi eſt notabilis: Subtilia ſunt ſuperiora per colligantiam/& groſſa inferiora/omnia habent duas tunicas & panniculum cõmunẽ ortũ a peritonio/ſupertegentem & alligantem ipſa dorſo.

¶In interiori coꝝ parte Pituita alias Flegma adhęret: vt reſiſtat corõſioni & lubricet feces/in eis ſunt villi omniũ modoꝝ: plures tamen lati/Sua cõplexio eſt frigida & ſicca: & Gracilia ſunt frigidiora Groſſis: quia ſubſtãtia ſua eſt Neruea/in Groſſis eſt aliqua caro/Sua figura apparet: Suus ſitus particularis apparuit & apparebit ex dicẽdis: Iuuamẽta ſunt nota: Paſſiones omnium modorum patiuntur.

¶Ad particularem anatomiam inteſtinorum videndam. Primo vide cũ diligentia Situm eorum: & anteq̃ ea ſepares a meſenterio conſidera eorum Venas: quæ lactes ab aliquibus dicuntur: quæ portant chilum ad portam venam/in quarum ramis minimis incipit ſanguificatio duce Iecinore: Nota etiam Situm Venæ Portæ: quæ eſt extra concauũ Iecinoris tendens verſus inteſtina: & verſus ſtomachum: Omentũ: & Lienem cũ octo ramis: quos oẽs vide cũ diligentia ſi potes anteq̃ inteſtina abijciantur.

¶De inteſtino Recto.

IStis expeditis. Primo videndum eſt Rectum ſeu ſungaon: q̃ eſt fece mundandum: ipſam manibus exprimendo in Colon: & ſuum extremum verſus Colon eſt in duobus locis ligandum: & inter ligaturas ſecandum. Sua enim poſitio eſt ab Ano ad ſuperiora per Ventrem aſcendes circa palmum/paucas habens Venas meſeraicas/quia ſuum contentum parum nutrit/ terminatur circa Ilium ſiniſtrum: vbi incipit Colon: Rectum vnitum.

De Colo intestino.

NOtabis Colon esse situ in sinistro: & circa Renē sinistrū ascendit & ibi est strictus: vt cedat locū Spleni quē cooperit & cui alligat/ tendit ab hinc ad dextrū latus/& supequitat Ventriculū & ei alligatur: hinc fit syncopis recessus tpe: hinc suus dolor crescit sumpto cibo/ sed dolor Renalis crescit in secūda digestione/alligat Omēto: a quo & ēt a ventriculo humectatur/tegitur penula Iecinoris in qua est Cystis bilis/ ideo sub nigrū est & amarū: est cameratū seu cellulatū/pituita abundat. Cucurbitini & etiā alij vermes in isto generāt̄: in ipso etiā stercus acquirit figurā inequalē/in isto fit rugitus pax ante ascelandi horā: Taliter est situatū vt a superiori ad inferius melius graue descendat. Ex suo situ habere situs clisterizandi: & locus applicationis medicaminū in colica: Sua quantitas est conspicabilis: Sua substantia est carnea parū: & neruea: ac pinguis & Solida: ut resistat duris & acutis. Notabiles etiā habet venas Meseraicas per quas meat chilus & sanguis.

¶ Sua propria passio est dolor ventosus: in hoc generantur lapides & coria a pituita exiccata: istis visis potes excarnare Colon a Mesenterco cui alligatur/& dimitte Rectū in loco suo vsq; ad Anatomiā Ani: quæ nō pōt perfecte uideri: nisi quādo facies anatomiā virgæ: & vesicæ.

¶ De Sacco Intestino.

HVic intestino circa os anche infra Renē in latere dextro locatur intestinū vnū: Cecus: Saccus & Monoculus dictus / quia pendet vt Saccus/& vnicū habet orificiū per q̄ trahit & expellit feces in diuersis tamē horis trahit ab Ileo & expellit ad Colon / in isto fit maior digestio q̄ in alio intestino: Est. n. alter ventriculus/primo attrahit/deinde digerit/postea ad Colon expellit.

¶ Sua quantitas est circa palmū per longū/latū est vt Colon & etiam plus/non est Mesetereo alligatum: sed pendet in ventre. In isto generantur vermes/serpentes dicti.

¶ Hoc tñ intestinū sępe repit frustratū i natura: qa nihil opat̄ de p̄dictis/ & tūc repit etiā alligatū Colo intestino & ileo/& est tāq̄ additamentum quoddā: & sua figura apparet cōpacta stricta: i tus tñ est vacua/& est minor digito minimo man⁹p latū/& est longitudinis triū vnciax vel circa.

De Ileo Intestino.

HVic intestino Sacco ascendendo imediate alligatur primum de gracilibus dictū Ileon/& longū/& reuolutū seu inuolutū/cui⁹ substantia est gracilis/sua figura oblonga est & rotunda / quantitas est longior q̄ oia alia intestina simul/in isto itestino sunt plures meseraice q̄ in aliquo alio propter suam longitudinem/Situs suus est magis circa

ilia est tamen alibi per ventrē: Alligatur Mesenterio: a quo debet excarnari/ vt alia intestina superiora bene videas: Sua propria passio est iliaca dispositio/ & passio dicta miserere mei: in qua stercora transeunt ad os.

¶ De ieiuno intestino.

HVic ileo continuatur Secundū de gracilibus: Ieiunū/ hira/ & hilla: & sterile dictum/ siue vacuū: & est vacuum / quia est propinquum iecinori a quo euacuatur: attrahēdo ab eo chilum/ & expellendo in eo contenta/ mediantē bili a Cysti circa Duodenū in ipso ingrediente/ plures Meseraicas habet aliquo alio intestino sibi pari in longitudine: vt cito succurrant iecinori/ est tamen magis vacuū in sua supiori parte iuxta Duodenum/ & non est totaliter rectum / sed incipit reuolui vbi alligatur ileo: & ideo pro parte est rectum: & pro parte inuolutum / color eius est citrinus: qa iecinori vicinus: est similis ileo in substātia & figura: Sua quantitas est conspicabilis/ non multa tamen/ & suus situs est circa regionem Hepatis/ & parum infra: in medio tamen ventris.

¶ Istis visis potes excarnare etiam hoc intestinū sicut alia a Mesentereo/ vt melius videas Duodenū: quod cognosces in sua longitudine a stomacho infra: esse in quantitate quantū sunt duodecim digiti per latum a stomacho versus inferius.

¶ De Intestino Duodeno.

VLtimo loco est videndum supremū de gradlibus dictum Duodenum & Dodedactilon: cuius quantitas per longū apparuit supra: & sua latitudo est minor omni alio intestino: & est tanta quāta est tporta inferior ventriculi dicta græce Pyleron/ latine Ianitor.

¶ Sua substantia est gracilis: Non est reuolutū sed rectum: alligatū ventriculo versus: suū superius: & alligatur Mesentereo/ circa Ieiunū etiā alligatur Cysti bilis: per canale q portat bilem ad intestina mundificanda/ a pituita principaliter & a fecibus.

¶ Iste canalis ingreditur diagonaliter in isto intestino inter tunicam & tunicam: ne reascendat bilis & forte Chilus ad Cystim.

¶ Istud canale cū cautella considera/ & conserua pro Anatomia prædictæ Cystis: sua iuuamēta/ sunt suscipere a ventriculo digesta: & transmittere ea ad alia intestina: patitur omne genus morbi.

¶ De Mesentereo.

HIs visis incide Duodenum infra porum ad ipsum venientē a Cysti bilis: primo ligando eum/ ne in ventriculo cōtenta exeant/ & alia intestina eijcias/ si ea prius excarnasti caute vt prædictū est a Mesentereo seu Eucaro: quod ab aliquibus etiam dicitur lactes. Hoc membrum est inter ipsa intestina locatum, in eorum centro ea ligans dorso: &

compositū est pelliculis duplicatis: & ex Pinguedine & Glandulis/in quo sunt Venæ multæ ab Hepate venientes/quæ communiter vocantur Meseraicæ/ & a Gal. dicuntur manus Hepatis/quia rapiunt ab intestinis materiā sanguinis/& illā dant hepati. Et istæ Venæ sunt ex Ramis venæ portæ in isto membro sunt etiam aliquæ Arteriæ.

¶ Hoc membrū est bipartitum: Prima pars est in superiore parte ad Ieiunum & Duodenum alligata/quæ est valde glandosa/& habet suas pelliculas simplices: & peristam partem transeunt Venæ portæ ad Ventriculum/ ad Splenē/ & ad Omentum/hæc pars in porco est saporosi gustus/ & vulgariter vocatur Dolce morso/& etiam Brisaro/& Bocca saporita/ in istis magnis glandulis continetur interdum materia causans ægritudinem: quæ vocatur melancholia mirachia.

¶ Alia pars huiꝰ mēbri est alligata alijs intestinis. Cuius pelliculę sunt duplicatę: quia magna alligant mēbra dorso: & hæc secūda pars ab omnibus habetur pro vero Mesentereo ista duo mēbra nutriuntur a venis portę.

¶ Sua quantitas & figura apparent/prima est minor secūda: sua complexio est frigida: Colligantur dorso/mediante Siphac.

¶ Iuuamenta eoꝝ sunt ligare intestina dorso: & substentare Venas meseraicas: & alias venas portæ/& humectare feces intestinorum.

¶ Numero sunt duo membra etiam apud vulgares/possunt pati omne genus morbi: istud membrū seu mēbra debet dimitti in suo loco vsq; quo visa sit Anathomia Venarum portę.

¶ De ventriculo qui cōmuniter dicitur Stomachus.

EXpedito mesentereo per duodenum supra relictum infla. Ventriculum: quantum potes: propter eius magnitudinem vltimā videndam: Deinde reducas ipsum ad inflationem mediocrē: vt melius videantur in eo requisita.

¶ Et primo notabis eius locū: qui est in medio totius remotis extremis: & est immediate subseptotransuerso/a dextris habet Hepar: & a sinistris Splenē/infra le intestinum Colon/& alia intestina/ante Omentū & Abdomen/posterius Dorsum & contenta in eo /suus situs est obliquus: sub diafragmate dorso alligatus/pars eius superior est in sinistro: vt cedat hepati in dextro/& in alto locato: & vt ad os eius facilius vadat melancolia a Splene/pars eius inferior est in dextro: vt cedat Colo/qui est i sinistro magnū occupans locū: est tamē sua pars inferior in dextro versus portanariū minor q̄ in sinistro versus Colon: qa in dextro secur occupat maiorem locum q̄ Colon in sinistro locatū: pars etiā eius inferior est in dextro aliqualiter ne orificia sint directa: & vt cibus retineat melius/& vt colera a Cysti facilius intret Duodenū continuū: parti ipsius inferiori.

¶ Sua substãtia est neruea a pdñio/suus color patet: sua figura est rotunda arcualis ad modũ maurę cucurbitulę/sua quantitas patet.

¶ Colligant cordi p Arterias/hepati & Spleni p venas/cerebro p neruos descẽdẽtes/alligat Ano p intestina/& Ori mediãte gula/alligat Zirbo ante versus/hẽt duas tunicas veras/intrinsecã magis nerueã pp appetitũ: & magis groſſam: rugosam: & durã: qa obuiat cibarijs duris/quæ durior est in pte supiore: & ẽt magis sensibilis/hẽt extrinsecã subtiliorẽ declinantẽ ad naturã paucę carnis/intrinseca aliquo modo nutritur a chilo/extrinseca nutritur a vena portę/intrinseca habet versus interius villos longos: attractioni seruientes: versus exterius habet obliquos retinẽtes/extrinseca habet Villos latos expellentes.

¶ Sum fundũ seruit digestiuę mediante exteriori tunica: & mediante calore membroꝝ circũstantium: Est tamen ei virtus propria occulta digerendi: sicut Matrici generandi: & hepati sanguificandi: suum superius seruit appetitui adiuante melancholia a Splene ad os eius emulgente: & propter hoc Reperitur sæpe nigrum.

¶ Habet ẽt Ventriculus tunicã cõem inuoluentem ipsum: & alligantem dorso ortam a peritonio grossiorem quocũq; alio membro in ventre inferiori cõtento: excepto Mesenterẽo in quo est duplicata/& est talis in Ventriculo propter extensionem cibariorum.

¶ Corpus eius est alligatũ dorso cũ orificio suo supiore. s. inter. xij. &. xiij. Sphõdiliũ dorsi: qd orificiũ ꝓprie dr Stomachus/& ibi ponunt medicinæ pro cõfortatiõe appetitus: & hoc orificiũ ẽ i extrẽo inferiori Gulę seu Meri: q̃ pforãdo diafragma ascẽdẽdo cõtinuat Oris extremo/maxie sua interna tunica: & hoc orificiũ claudit a dyafragmate ne corporis iclinatiõe cib⁹ facile redũdet: Alligat ẽt dorso cũ sua pte inferiori. s. cũ pyloro alias pyloron/seu portanario in loco vbi Duodenũ a Mesenterio alligat dorso/reliquũ vero ipsius est solutũ: & mouet de facili vndeq̃q;: Et portaa ariũ est altius fundo continente cibaria: ne de facili descendat cibus.

¶ Numero ẽ vnũ mẽbrũ: sua cõplo ex pte cõponẽtiũ est frigida & sicca.

¶ Sua iuuamẽta sunt appetere/Retinere: & cõcoquere cibũ: & dare ptẽ groſſam intestinis/benignã ãt & digestã alijs mẽbris: mediãte Hepate.

¶ Passiones omniũ modoꝝ patit: & pp ei⁹ magnũ sensum ei cõpatit cor & cerebrũ.

¶ De Splene.

RElicto Ventriculo in suo loco pro venis portæ videndis: Splenis seu Lienis anatomiæ est vacandum: & primo videbis ipsum in hypochondrio siniſtro situm: hærentem ſm suum paruum cõcauum Ventriculo: & ſm gibbum contiguum costis dorsum versus & versus latera: tectum peritonio,

¶ Eleuabis tamen cadauer: ac si sederet: vt melius videas eius situm/ qui est infra dyafragma/ immediate in hypochondrio: maxime in viuo: in mortuo vero iacente/ videtur esse sub costis: quia sua grauitas impellit dyafragma de facili ad superiora: quia pulmo est vacuus & Rarus/ de facili cedens: potes etiã aliquas costas mendosas eleuare: vt melius videas Splenis situm: sic etiam facies in Anatomia hepatis: propter prædictam causam: Conueniret etiam aliqualiter hic modus in demonstrando stomachi situm: qui etiam iacendo cadauere propter inanitionem pulmonis: videtur esse cũ aliquali sua supiori parte sub ossibus pectoris magisq̃ naturaliter sit in viuo.

¶ Figura sua est quadrata aliqualiter lunata/ Raræ substantię: colligatur cordi per magnas arterias (quas videre debes) subtiliantes sanguinem grossum/ qui subtiliatus Splenẽ nutrit: hepati ligatur per ramum portæ. Cerebro per neruos: Mesentereo & Omento per Venas: & Siphac per panniculum tegentem/ stomacho per plures Venas: alique quarum nutrit sinistrum ventriculi: & vna emulget ad os eiusdem melancholiam: quantitas sua est nota/ sua complexio ponitur calida & humida: & propter contentum ponitur opposita. Numero est vnum membrum/ iuuat totum corpus expurgando massam sanguinariam a fece: & ideo Risum prouocat/ interdum sanguificat/ incitat appetitum/ iuuat digestionẽ Stomachi/ omne genus morbi patitur: & in eo est aliquando peculiare cursus & fortis morus impedimentum: & traditur eo exempto per vulnus animalia interdum viuere: & sunt qui putant sui magnitudine risum adimi: & interdum mutauit locum cum Iecinore: sed prodigiose.

¶ De Hepate siue Iecinore.

VIsis prædictis cadauer vt supra patuit est eleuandum: vt hepar monstret suum situm/ qui est immediate infra Dyafragma in hypochrondio Dextro/ in homine magnum: quia est animal calidum & humidum/ lunaris est figurę: eius concauum est versus ventriculum/ gibbum vero est contiguum costis versus Dyafragma superius timen & versus latera: & Dorsum versus.

¶ Sua substantia est caro ipsius & Rete ex venis cõtextum in ipso Disperssis: sua caro est sanguis coagulatus/ habet quinq̃ penulas interdum quattuor & tres/ interdum duas.

¶ In concauo/ est vna Vena Dicta porta: quæ ipsum ingreditur cum quinq̃ Ramis ad minima per totum versus gibbum Disperssis: vt chilus in eis ad minima Diuisus/ melius transmutetur in sanguinem.

¶ In concauo etiã est Cystis parua mundans sanguinem abili siue a colera anteq̃ transeat ad gibbũ. Inconcauo etiam in vena portę ingreditur

Vena vmbilicalis adnutriendū fœtū in utero matris.

¶ In gibbo est vna vena: Chilis Dicta: etiam cum quinq; ramis ad minima per totum corpus eius Dispersis/ Minimi rami chilis coastomantur seu vniuntur cum Ramis portæ & ab eis sugunt sanguinem Depuratū a colera & a melancholia: mixtum tamē aquositati: qui in gibbo vlteriorem acquirit Decoctionem.

¶ Hepar euentatur in parte eius gibba a septotransuerso & a Vena Chili per ipsum ascendente ad Cor: per quam alligatur ei/ habet etiam Arterias paruas in concauo eius: per quas euentatur: hæ arteriæ veniūt ab Aorta ibi propinqua cum Difficultate visibiles/ alligatur Metaphreno per pāniculum suum suspendentem: & Abdomini per Venam vmbilicalem/ Cerebro per neruum/ Mediante tamen panniculo orto a peritonio a quo circūuoluitur: Alligatur etiam omnibus membris habentib⁹ venam/ sua complexio est calida & humida. Numero est vnum / partes ipsius sunt propria caro: Vena portæ: & Vena chilis/ Arteriæ: Neruus cum pāniculo/ & Cystis choleræ: sua operatio est sanguificatio: Sua propria passio est hydrops: patitur tamen omne genus morbi.

¶ De Vena Portę.

EXtra substantiam hepatis est etiā vena Portæ: teste Gal. sic dicta a viro versuto circa naturam: & ab illo remansit nomen vsq; nūc quod Hyp: & totus cetus Asclepiadis laudauit / quia portant sui Rami præelaboratum in ventre cibum ad totius animalis Digestionis locum: quem vocamus hepar.

¶ Hęc vena extra hepar habet octo partes: Duę sunt paruæ/ sex maiores/ vna ex minoribus habet Duos ramos/ unus nutrit Duodenū: & alter Mesenterium/ Duodeno cōtiguum.

¶ Alia vena minor nutrit ventriculum iuxta portanarium.

¶ Prima ex sex maioribus nutrit partē latam exteriorem ventriculi.

¶ Secunda cum aliquibus ramis vadit versus Splenē: a qua primo vn⁹ Ramus vadit ad Mesentereon nutriendum: Deinde vnus alter magnus ramus vadit ad Splenē: qui in uia in plures Diuiditur ramos/ quorum vn⁹ magnus nutrit sinistram partem inferiorem ventriculi.

¶ Hicmet Ramus sequitur ingrediens Splenē: & emittit a se Duos Ramos/ quorum unus ascendit/ alter descendit: ascendētis tres sunt partes: vna pars nutrit Splenē/ alia nutrit superiorem partē ventriculi: altera ps transit ad os eius emulgendo melancholiam ponticā pro appetitu incitando: quæ ut plurimum egreditur cū fecibus per intestina.

¶ Vena prædicta Descendens bipartitur: vnus ramus nutrit Splenē: alter vadit ad Omentū in parte sinistra & ipsum nutrit.

¶ Tertius ramus ex ſex prædictis vadit a ſiniſtris ad Rectum inteſtinum ſuggendum.

¶ Quartus etiam ramus ex ſex maioribus in capillares ſpargitur Ramos/quoꝝ aliqui ad Dextram partẽ ventriculi nutriendam vadunt: & aliqui vadunt ad nutriendam partem Dextram Omenti.

¶ Quintus ramus vadit ad Meſentereon in loco: vbi alligat colo.

¶ Sextus vero vadit ad Meſentereon in parte: vbi alligatur ieiuno & ileo cũ ſuis ramis: qui dicuntur Venę meſeraice: & hæc eſt ſatis magna: Subſtantia harum venaꝝ eſt qualis aliaꝝ. Sua quantitas & ſuus principalis numerus: & ſitus: & figura ac colligantia patent: ſua cõplexio eſt frigida & ſicca/ſed ratione contenti eſt calida & humida/ſuum iuuamentum eſt prçelaboratũ cibum ducere ad hepar: digeſtionem etiã ſecũdã inchoat cum ſuis ramis: portat etiam nutrimentum ventriculo: Spleni & omento/& inteſtina nutrit: paſſiones omnium modorum patitur: & prçſertim opilationes & etiam apertionem ſuarum meſeraicaꝝ: & interdum ſciſuras: & cõpatitur hepati in omnibus eius morbis.

¶ De Cyſti (cõtinente colerã ſiue bilem) quę Dicitur Fel.

CYſtis bilis uel colerę Fel Dicta: eſt folliculus ſiue ſaccus incõcauo hepatis adhçrens penulæ mediante eius: cõpoſitus eſt ex ſubſtãtia panniculari: ſubtili: ſolida: carente ſanguine: vnã ſola hñs tunicã: rectã panniculo tegente hepar: in ea ſunt villi omniũ modorũ: interius habet longos & obliquos: exterius latos.

¶ Sua ſubſtantia eſt ſubtilis: quia nõ Digerit aliquid/& Dura eſt vt reſiſtat acuitati colerę/habet vnũ porũ intrantẽ folliculũ immediate (qui Dicitur cõis) maiorẽ aliis/qui ſecundũ aliquas tripartitur.

¶ Vnus vadit ad hepar cõtinuatus cũ vena portæ: a qua trahit colerã per anguſtas vias/in iſto poro ſunt villi longi tantum.

¶ Vnus alter porus vadit verſus inteſtina: qui eſt binus: in certa Diſtãtia/cuius vna pars vadit ad Duodenũ verſus ieiunũ: ut mundet inteſtina a flegmate & fecibus: propter acuitatẽ colerę per eũ tranſmiſſe: & iſtæ porus ingreditur Dyagonaliter in Duodeno inter tunicã & tunicã eius: ne colera: & in inteſtino contenta: retrocedant & opilent eum.

¶ Alius ſecundũ aliquos vadit ad pyloron ventriculi ad confortandũ Digeſtiuã cũ ſua colera/qui ſi eſt magnus facit hominẽ infelicẽ prõpter continuũ colerę vomitũ: & iſtũ porum aliqui negant: per collũ cõmune fit attractio & expulſio.

¶ Sua quãtitas & figura patet: Numero eſt vnũ membrum/colligatur cordi per arteriã paruã q̃ habet: & cerebro per neruum paruum/cõplexio eius innata eſt frigida & ſicca.

¶ Sua iuuamenta sunt expurgare sanguinẽ a colera: & calefacere hepatis Digestiuã: & ipsum a putrefactione seruare: cõfortat etiã vẽtriculũ: & ipsum mundat a pituita: & iuuat expulsiuã intestinoꝝ: interdũ: homo caret felle: hic tamẽ est valitudine infirma: & breuioris vitæ.

¶ Passiones omnium modoꝝ patitur: Sua propria passio est oppilatio: per quã causatur morbus regius seu Icteritia: & si est oppilatio, in poro cõmuni: & corpus nõ expurgetur a colera: tunc fiunt ꝯgritudines colericę Diuersorũ modoꝝ: feces tamen possunt esse colorate.

¶ Si vero est oppilatio in colo tendente ad intestina & ad portanariũ: tunc feces sunt Discoloratæ: & etiã colera nõ expurgatur a Cysti sed regurgitat ad hepar: & causat Diuersas ꝯgritudines colericas.

¶ Et si in colo versus hepar fiat oppilatio: feces poterunt esse coloratę aliquo tempore: & causabit etiam ꝯgritudines colericas Diuersorũ modorum: sed Durante oppilatione feces erunt Discolorate/cætera Dixim⁹ in cõmento supra Mundinum.

¶ De magna vena Chili: & Aorta Descendentibus: & mulgentibus.

VIlsis prædictis abijcias Mesentereon: Splenem: & Hepar: De cuius parte gibosa reserua illam partẽ a qua immediate exit cannalis magnus Venæ Chilis: vt possis uidere eius ortum: relinquendo tamen ventriculum Detumefactum in suo loco: vt De eo videãtur etiã aliqua alia.

¶ Primo videbis a gibo hepatis exire venam magnã: quæ Dicitur parigi ba: & Chilis: & concaua: & venarum mater: a qua ad omnes partes animalis mediantibus suis ramis Dispensatur sanguis: cuius sunt concepta bula: Hæc vena est subtilis: porosa & lenis / non bitunicalis sicut Aorta Arteria/ne plurimum temporis contineat sanguinem: qui grossus est: sed vt cito membra nutriat: est etiam talis quia motu caret: Arteria vero subtilem vehit sanguinem qui ab aliquibus spiritus vitalis nominatur: hæc continue sistolat & Diastolat/ideo Dura / grossa & compacta est: ne rumpatur: & est talis vt Diu contineat subtilem in ea contentum sanguinem: qui propter motum resolutioni Disponitur: Huius venę pars superior ascendit ad cor & vltra perforando Dyafragma: quæ vocatur chilis ascendens De qua suo loco Dicetur.

¶ Hæmet vena Descendit Dorso herẽs directa: & vocatur chilis descẽdens: quã cõcomitatur magna arteria Descendens: Aorta vocata: quam cum Diligentia vide simul cum vena: Vena tamen est supra arteriam/ & sunt ambæ peritonio inuolutæ.

¶ In Descensu ab vtroq; earum: primo Diuiduntur Rami: qui vadunt ad fascias seu panniculos Renum: cum vero sunt in Directo Renum:

Vena pariter & Arteria emittunt a se vnum notabilem Ramū a dextris: alium a sinistris: qui sunt Renibus cōtinui: hi rami dicuntur emulgentes/ vt plurimū dexter Ramus est altior sinistro: quia debet esse propinquus epati/ vt cito mundet ipsum ab aquositate in chili contenta: & sinister est depressior: vt suus Ren cedat Spleni depressiori hepate: ista orificia nō sunt sibi directa: vt attrahatur a propinquis primo: a longinquis secūdo: & ne attractio sit se se impediens.

¶ Ab ista Vena simlr & ab Arteria magna sub Renib⁹ aliæ multæ separantur Venæ & Arteriæ: quæ Rectum/ Vesicam/ Matricem/ & partes sibi vicinas nutriunt. Q̄ indirecto cuiuslibet sphondyli ab vtraq; earum/ vnus Ramus ipsum ingreditur; & spargitur in musculis sibi vicinis/ ex prędictis etiam Ramis intra quēlibet sphondylum: ingrediūtur Rami subtilissimi: qui Nucam/ pāniculos/ & ligamenta sphondylos ipsam Nucā inuoluentes & ligantes cibant: vt in ipsoꝝ sectione videbis/ ex prædictis etiā Ramis/ aliqui vadunt ad musculos & ad membranam Abdominis.

¶ Hæc Vena pariter & Arteria: circa os sacrum infra sphondylos Renū bifurcatur in duas partes ęquales ad formam litteræ græce: quæ Lamda dicitur/ istas Arterias bifurcatas aliqui vocant sempiternas: in quibus ingrediuntur duæ Arteriæ Vmbilicales/ vna quaꝝ est a dextris/ alia a sinistris/ quæ ad latera vesicę in ipsas descendunt.

¶ Istę Arterię & venę bifurcatę/ vna a dextris/ alia a sinistris versus coxas descendendo: ſm aliquos in quolibet latere in decem diuiduntur partes/ quaꝝ vna nutrit inferi⁹ dorsi p lūbos versus Renes dispersa/ itra & extra.

¶ Et vna alia pars in capillares Ramos diuisa nutrit peritonion.

¶ Et vna nutrit musculos profundos coxę.

¶ Et vna nutrit musculos ani, & ab ista oriuntur venę hemoroidales.

¶ Et vna nutrit collum & os matricis/ a qua etiam duo Rami vadunt ad Vesicam: vnus ad fundū: alter ad collum ipsius: & qui ad collum: in fœminis paruus est/ in viris vero magnus propter virgam.

¶ Et vna alia de decem vadit ad partes pectinis.

¶ Et vna alia tendit ad musculos longos Abdominis: cuius Rami ascendendo continuantur cū venis pectoris descēdentibus versus ipsos: & isti simul vniti tendunt ād Mamillas: & ab isto Ramo in fœmina notabiles partes ēt vadunt ad matricē/ a quo Duæ Venæ Arteriis nōn associate per abdomen vsq; ad Mamillas ascendūt/ per quas ipse alligantur matrici. Et ideo in prægnantibus/ & in tempore retentionis præter naturalis menstruorum: vt plurimum tument Māmę.

¶ Et vna alia ex decem vadit etiā ad matricem in fœmina: in Mare vero vadit ad virgam & ad scortum.

¶ Alia vero vadit ad vniuersos musculos coxę.

¶ Et alia pars quæ decima est: etiam ad coxam tendit: & ista est notabilis: & descendit per interius coxę: & cū est prope genu sub poplite diuiditur in tres Ramos: quoꝝ vnus obliquatur versus exterius cruris: & tendit vsq; ad paruum pedem: & hic ramus vocatur sciatica: quia in ipsius dolore incisus confert/ & ortum istius Rami non cognouit Mundinus/ vnus alter ex tribus prædictis descendit per interius vsq; ad pedem: & hic vocatur Saphena: Tertius vero Ramus tenet medium inter prædictos Ramos/ qui omnes cibant crus & pedem/ & de istis fiet sermo in Anatomia magni pedis.

¶ Aduerte tamen quod sunt plures venę q̄ Arterię: teste Gal. xvi. de vtilitate partiū cap. xiij. & xiiij. & teste sensu: & ratio est/ quia sunt multa mēbra frigida naturaliter euentatione non indigentes: quibus etiam sufficit paucus spiritus. Ideo non habent arterias multas: & in manibus & in pedibus & in cerebro & in parte superficiali colli: & in cute totius: sunt venæ aliquæ absq; Arterijs: Nulla tamen Arteria est siue vena sibi coniuge: aliquę quarum maxime notabiles / sunt alligatę simul per pānīculum ortum ab Arteria: & sunt simul vnite: vt firmentur & fortificentur Venę a panniculo prædicto: & vt Arteria viuificet venam: & q̄ vena det sanguinē arterię in necessitatibus: de quo fit spiritus vitalis / & nutritur ipsa arteria: Arterię vero paruę non sunt ligate cū venis per pānīculū prędictum quāuis sint inuicem sotie: sed sunt sotie/ vt viuificent & nutriant membra/ teste Gal. vbi supra.

¶ Et venę & arterię appropinquioribus locis vadunt ad sua membra cibanda/ exceptis venis & arterijs Testium & Mamillarum: quæ a remotis vadunt ad ipsa: vt sanguis diu in eis moram tradat: per quā melius digeritur/ & facilius in bonum conuertitur sperma & in lac: & sunt multę arterię & venę sensu in perceptibiles: vt quæ ad ossa: & ad cutem: & quæ ad extrema membrorum tendunt.

¶ Situs harum venarum & arteriarum: & etiam substantia & quantitas & figura patent: Numerus Ramoꝝ ipsarꝝ in perceptibilis est: sua colligantia apparet ex dictis & dicendis: sua iuuamenta sunt nutrire & viuificare totum corpus/ passiones omnium modorum patiuntur.

¶ Accidunt tamen eis morbi cōpositionales de summa opilationum/ quę sunt deteriores opilationibus nariū: & intestinorum: & similium locoꝝ: tum quia sua opilatio prohibet membra nutriri: non permittens sanguinē ad ea fluere: tum quia Regugitare faciunt sanguinem ad hepar/ qui facit in ipso opilationem/ vel putrefit/ vel aliquas malas inducit ægritudines: Sua etiam opilatio est mala/ quia sæpe est incognita: & quia male eis ap-

plicantur medicinę: tam intra corpus q̃ extra: ſuæ ſolutiones poſſunt eſſe a cauſa intrinſeca & extrinſeca: cuius tres ſunt ſpecies: vna cõmuniter dicitur dyabroſis/quæ eſt venę coroſio/a dya quod eſt de: ſeu compoſitio: & broſis ſeu roſis: quod eſt comeſtio: alia ſpecies dicitur Rixis/quæ inciſio interpretatur. Tertia dicitur Anaſtomoſis/quod eſt idẽ quod apertio & dilatatio venarum: vnde verſus/ Dyabroſis venas corodit: Rixis eaſdem ſcindit: Anaſtomaſis eas ãperire facit.

¶ Venis vero emulgentibus euenire poteſt iter alios mórbos debilitas attractionis ſolitiſanguinis aquoſi: Sicut etiã renibus: quare aut non attrahunt aut debiliter/& inde euenit difficultas vel totalis vrinę ablatio: etiã non exiſtente vrina in veſica/in quo caſu errant Rudes medici tentantes extrahere vrinã cũ Siringa vel alia operatiõe manus de veſica: & iſte eſt caſus ſingularis: vt plurimũ inferens mortẽ: Quẽ ego vidi pluries: & inter alios cũ multis alijs honoratis medicis fui i cura Magnifici ac Illuſtris. D. Dñi Galeatij de nobili familia Palauicinoꝝ: qui ab vrinali aquoſitate in venis totius aggregata ſuffocatus eſt: & hæc aquoſitas induxit ei ſquinantiam: pro qua applicauimus ventoſas ſine ſcarificatione diuertẽdi cauſa: & ventoſe per poros cutis implebantur pura aquoſitate/hęc tamen imidenter ſcripſi ad iuuenum vtilitatem & honorem.

¶ De Renibus.

RAmis emulgẽtibus prædictis cõtinuantur duo corpora carnea: ſolida: peritonio tecta: Renes ſeu Renões dicta: fuerint.n. duo & nõ vnum: ſicut Cyſtis colerę: & Splen: qa aquoſitas eſt maior fece & ſpuma ſanguinis: cui requiritur vnũ magnũ expurgatoriũ vel duo parua: & nõ fuit vnus Ren magnus: ne coartaret & exprimeret inteſtina: & ne dorſum redderi in quale: & fuerint duo/vt ſi ledat vnius operatio alterius firma maneat: & fuere ſolidi: vt occurrãt multo cũ paruo ſpatio: & ne ſanguis exeat cũ vrina per aliquem eius porũ: & vt non attrahant niſi ſubtile ſuggendo ipſum: & vt reſiſtant acuitati Vrinę: fuere etiã ſolidi quia corpus ſpiſſum eſt fortius ad attrahendum.

¶ Sua quantitas patet/ſua figura eſt conſpicabilis: quæ eſt ſimilis grano faſeoli legumini/ſua complexio eſt calida: colligantur cerebro per nerues mediantibus pãniculis innoſuentibus: hepati per venas prædictas: cordi per magnas Arterias: Notanit Gal. magnas arterias in Renibus non eſſe ſolum nutritionis & viuificationis cauſa: cũ Renes ſint parua mẽbra: quibus ſufficiebat parua arteria: ſed in eis ſunt magnæ arterię: quia ipſe etiã mundant cor ab aquoſitate & colera/& dixit etiã: multotiens Aorta trahit a ſtomacho & ab inteſtinis ſanguinem non purum: immo chilum: quẽ emulgentes arterię expurgant ad Renes.

¶ Ego ipſe etiã vidi anno.1521.in ſtudio noſtro Boñ.in Anatomizato pu blice Arteriã vnã ex emulgentibus facere vnũ poꝛ in parte Dexcra extra Renẽ/qui in notabili Diſtantia infra Renẽ ingrediebatur porũ vritidem a prædicto Rene ortũ:& ambo per vnũ cánale tendebant ad veſicam: Hæc tñ etiã arteria emulgens ingrediebatur Renẽ in loco ſolito:& i iſto indiuiduo Renes erant cõtinui ac ſi eſſet vnus Ren:& habebat Duas venas:& Duas arterias emulgentes:& Duos poros vritides cũ uno ſolo pãni culo inuoluente/qui occupabat loco ſolita Renũ:& etiã mediũ dorſi: quod eſt in loco inter Splenen & hepar parum infra ea.

¶ Dimitte ergo Renẽ ſiniſtrũ in loco ſuo propter vaſa ſpermatica vi denda: & ſcinde dextrũ in eius cõcauo per mediũ ſecundũ ſui longitu dinẽ vſq; ad eius centrũ/cõſiderando locũ Venę & arterię magnę ipſi⁹: quę Renis ſubſtantiã in parte eius cõcaua ingrediuntur quibus Ren tra hit ſpiritũ:& nutrimentũ:& ſupfluitates aquoſas totius corporis colere mixtas/hæc omnia mixta per totã Renis ſubſtantiã licet ſolidã tranſeũt/ qa ſunt ſubtilia.Sanguis.n.non trãſiret ſolus ad minimas partes Renũ: quia ſolidi ſunt:niſi eſſet aquoſitati & colerę mixtus/ quæ omnia mixta aſſimilantur loturæ carnis a Renibus attractę per emulgentes ab epate & a corde chili Vena & Aorta arteria mediante.

¶ Hic ſanguis multę aquoſitati mixtus ſolus retinetur a Renibus pro ſuo nutrimento:et aqua cum colerã ſimul a ſanguine Deſecata tranſit ad certam vacuitatem notabilem exiſtentem in centro Renis:tanꝫ ad lacunam/quam fluuius ſeu cannalis porus viritides Dictus eam Ducit ad veſicam:hic porus.Vretra a græcis Dictus:eſt corpus oblongum / pãni/ culate/ſolidum/perforatum/a/corpore veſicæ(qa ei aſſimilatur vt ferẽ) ortum:& ad Renẽ terminatum/quem cum cautela conſidera & cõſerua ſimul cum Rene pro Anatomia veſicę.

¶ Et in Rene non eſt Rete nec aliud colatorium pãniculare vt putant aliqui:ſed Renes facti ſunt organa concaua orificijs alijs quidem attra hentia/alijs autẽ emittentia ſubtilẽ aquoſam ſuperfluitatem.

¶ Dicebat ergo Gal.4.De vtilita.c.xij.multi Deniq; ebrioꝝ amphoras in tegras bibentes & ꝓportionale multitudinis potus mingẽtes nõ impe diũtur circa Diſcretionẽ/ſed paratiſſime & fallaciter ſanguis q venit ad cõ cauã expurgaꝫ a renib⁹ totus nõ tangentib⁹ venã.Prędicta lacuna habet circa ſe pãniculũ ſolidũ perforatũ vltra Decẽ foraminibus magnis:p quę mediante certa Renis ſubſtantia parua ſimilis papillis mamillaꝝ mulie rum in prędictã concauitatẽ natura emulget vrinam.

¶ Renũ colligantia patet ex prædictis / colligantur etiã per paruum neruũ cerebro/mediante pãniculo eos tegente.

Eorum iuuamenta sunt expurgare totū corpus ab aquositate superflua & colera. Principaliter tamē hepar & cor: multa tamē aquositas ēt remanet in alijs venis cū sanguine mixta/quę Dicitur vehiculū nutrimenti: quæ apparet in sanguine flobotomato vel alia via a corpore extracto.

¶ Patiuntur omne genus egritudinis/quę fere oēs sunt Difficilis sanationis: sicut est Diabetes, ſ. quasi cōtinuū vrinæ stillicidiū. Patiuntur etiā Debilitatē attractiue virtutis/qua mediante vrina non vadit ad veſicā: & isto modo interdū suffocatur animal vel aliā via perit: fit etiam asclitis a tali Debilitate. Patiuntur etiā lapides/arenas: & pilos: sed pili generantur seu cōdensantur in poris viriti dibus/lapides eius sunt rubei parui sępe oblongi in prędicta lacuna geniti/quādo renes sunt Debilitati nō potētes retinere sanguinē vrina exit sanguinolēta: exit etiā talis quādo hepar ē debile: nō Discernēs aquositatē a sanguineitate separatiōe & quātitate q̄ oportet.

¶ De vasis seminarijs.

ISt is expeditis in vtroq; sexu. Primo notabis in vena magna chili & in Aorta arteria/interdum supra renes/interdū infra: vnā Venulam & vnam arteriā/quæ ambo ad aliquā Distantiā vniuntur se contangētes Descendendo vsq; ad testiculos Dextri lateris.

¶ Notabis etiam Duo similia vasa simili modo Descendentia & vnita in latere sinistro: ab emulgentre vena sinistri renis vnum: & aliud ab arteria Aorta/iste omnes venulæ & arterie sic Descendentes vocātur vasa spermatica prępārātia: hęc mēbra sūt circūtecta a pāniculo orto a peritonio: a Celso Dictus Aegitroides: supiacet vena: subiacet autē arteria.

¶ Ista vasa sunt latiora & Duriora in Mare q̄ in fœmina / excepto tēpore impregnationis & menstruoꝝ: vt patet ad sensum p multū sanguinē tunc in eis retentū/sed in alijs tēporibus in Mare sunt Duriora & latiora: & etiā semp sunt longiora: quia ad longiorē Distantiā habent ferre suū cōtentū: & sunt talia quia maschulinū sperma est plus & grossius fœmineo/per quā etiā longitudinē vasorū Maris: suum sperma est magis Digestū: & sperma Dextri lateris Mares generat: quia sua materia est magis digesta & mundificata ab aquositate: sinistri vero fœminas/quia frigidū est & aquosū: ab emulgentibus prædictis sanguine aquoso repletis veniens.

¶ Hæc vasa i vtroq; sexu cōueniūt in loco/a/quo: sed Disconueniunt ad quē: Eoꝝ terminatio i fœmina est intra corp⁹: vt Dicet in anatomia Matricis: quę postponitur anatomię virgæ & Animelioris ordinis gratia.

¶ Hæc vero vasa in Mare Descendunt ab vtroq; latere vsq; ad os pectinis in fine Iliorꝝ supra lumbos: & ideo vocantur etiā Lumbaria: quæ vasa supra os pectinis Descendendo ingrediuntur ab vtroq; latere in vno velamine pāniculari ab extremis Siphāc pro parte orto/ q; Dicitur cōmu-

niter Didim⁹ & Cremasteras: & trāseūt i scorto vsq; ppe testes: vt pōt vi deri i vno solo latere relīquēdo aliud lat⁹ i tactū pro Anatomia Didimi vi dēda: Caue tñ ne destruas scortū i aliquo latere: sed trahe ad supiora ver sus pectinē illud vas solū qđ videre intēdis simul cū Didio suo & testiculo.

¶ Hæc vasa descēdentia vsq; prope Testes sunt valde dura: & sunt sicut varices reuoluta/ vnde variciformia vacantur/ quæ cū obuiant Testibus (circa quos reuoluuntur) ne eos sua duritie lędant/ efficiuntur mollia: & ibi hæc vasa vocantur Epydidima/ & Anēdor/ & Andros.

¶ Ab istis vasis īmediate trāsit materia spermatis ad Testes: in substātia quoq; acquirit albedinē & virtutē generatiuā: & a Testiculis euomit iterq; ad prædicta vasa mollia Epydidima notata: à quibus transit ad alia vasa inferiora ipsis cōtinua/ quæ vocantur deferentia/ quoq; substātia alba est: & alijs durior: hæc Vasa deferētia in Mare ascendūt a testibus vsq; ad pectinem cū præparantibus prædictis descendentibus cōtiguata: quæ deferentia sic in supremo ōssis pectinis ascensa ab vtroq; latere intra ventrē reflectuntur/ quæ simul cū Testiculis cū cautella cōserua: vsq; quo vidisti anatomiam Didimoq;/ & etiam testium.

¶ Hæc vasa intra ventrē reflexa descendūt inter Rectū & Vesicā: & ibi dem se dilatant in plures cauernas spermate plenas: ideo ibidē hæc vasa vocant cōseruantia & deferentia sperma: & a Gal. duce Eracleo dicuntur parastrata adeniformia: quia ipsa circūdat adenosa caro.

¶ A destris & a sinistris hæc vasa collū vesicę pforāt: & intra Virgā circa Anū euomūt sperma/ quod postea extra pellitur p cānale virgę.

De Didimis.

HAec vasa simul cū Testiculis a fundo scorti vsq; ad imū iliorum in quolibet latere inuoluūtur vno pāniculo: cuius maior pars orta ē a peritonio/ in fine Abdóminis in scorto descendente/ qui cōmuniter dicitur Didimus & suspensoriū Testiculi: a græcis dicit Cremasteras: substantiā cuius considera: quæ est ex tribus/ & forte secundū aliquos ex quat pāniculoq; reuolutionibus.

¶ Prima est exterior orta ā pāniculis spondiliū: alia est orta a Siphac/ seu peritonia iuxta femur intra Abdomen cōtento: quæ darió a Celso dr.

¶ Ex istis duabus pp suā fortē colligantiā fit quasi vna pellicula sola.

¶ Alia est ex pāniculo immediate inuoluente vasa predicta a peritonio circa dorsum orta/ quæ dicitur Aegitroides.

¶ Alia est ex cōrdis musculoq; testiculoq;: quæ exigua est.

¶ Cōsidera ēt quātitatē & colligantiā: cōplexionē & numerū. Figuram habēt cystis: in supiori strictā: in fundo latā quantū est grossities Testiū.

¶ Iuuamenta sunt suspendere testes & manutenere vasa prædicta.

¶De Scorto.

EX istis pāniculis & cute cōponitur oscheū seu scortū.i.burſa testiū/ in qua sunt aliqui nerui sensum ei dantes:& aliquę arteriæ & venæ illud nutrientes:& scortū est vnū mēbrū duobus Didimis cōmune: & est sinus seu camera Didimis testibus:& a seminarijs vasis.

¶Hoc mēbrū ē p mediū diuisū a leui mēbrana:quæ ab aliqb⁹ dr̄ sutura: & taurū:& corda:q̄ēt aliq̄l'r apparet in cute exteriori in medio scorti fm longū corporis:huius mēbri quantitas:figura:situs:numerus:& colligan tia patent.Sua cōplexio est frigida & sicca.iuuamenta eius patent.

¶Hoc mēbrū cū didimis:oē genus morbi patit.Sua ꝓpria passio est dilla tātio eoꝝ:qua mediāte multę fiūt Ramices hernię dictę.ſ.Zirbalis:Omē talis dicta:alia intestinalis:in scorto ēt fit hernia siue hymea aquosa/ven tosa/humoralis/& carnosa:& ēt varicosa/quæ fit per repletionē vasoꝝ se minaliū factā a sanguine grosso/seu multo & aquoso.

De Testiculis.

INtra p̄dicta suspēsoria ab vtroq; latere sunt duo mēbra glādosa alba siſia carni mamillaꝝ q̄ vocant Testiculi:quoꝝ figura ē Oualis:& ideō etiā oua dn̄r:caret sua suba sanguine & omni sensu:Sētit tn̄ p suos pā niculos:eoꝝ quilibet hēt duos musculos pāniculis suis hærentes:vt ipſos custodiant:& eos eleuent ne laxentur.

¶Sua quātitas/suus numerus:& situs patent:sua cōplexio inata est tem perata in actiuis/in passiuis humida:Influens tn̄ est calida:qua mediante teste Arist.trahunt a toto ad se materiā spermatis sicut ventosa:& a me dicis ponūtur inter mēbra principalia:colligant alijs mēbris principalib⁹/ per venas/per arterias:& per pāniculos:sua iuuamenta sunt conseruare speciem.Passiones omniū modoꝝ patiuntur.

¶De Vesica.

IStis expeditis eleua Renes cū poris viritidib⁹ a vesica ortis:intra tu nicam eius magis versus collum q̄ fundum ingredientibus dyagona liter ne vrina regurgitet ad eos/per istos poros interdū transit ad ve sicam lapillus in Renibus genitus:in eis extensionē faciēs cū intenso do lore/quia sunt neruei vt vesica.

¶Scinde primo corpus vesicæ circa fundū eius:q̄ est vnica tunica cō positū/in parte cuius exteriori vadunt duo nerui pro sensu ipsius.Primo notando eius situ/qui est in inferiori parte ventris in concauitate aquali culi/in qua est etiam Rectum intestinū dorsum versus:& matrix in eoꝝ medio/in fœmina.

¶Notabis etiam suam colligantiam:& quantitatem:& figurā:& nume rum:substantia cuius est neruea ex neruis ligamenti/inconsolidabilis

ſi ſoluatur/in collo carnea eſt: & ideo ibi cõſolidatur/ſuũ collũ eſt virgæ vnitũ per totũ uſq; ad extremũ glandis vnde exit vrina.

¶ Sua cõplexio eſt frigida & ſicca: eſt circũuoluta vno panniculo aperitonio orto/ſua iuuamẽta ſunt Diu retinere vrinã nẽ cõtinue homo ſurgat ad eam emittendã: ſed quaſi cõtinue fluit a renibus ad eã/ſuam retentionem iuuant certæ carnes glandoſæ principiũ ſui colli extra inuoluentes & cõprimentes: cauſantes in ipſo collo anfractus aliquos/propter quos veſica nõ mundatur ab aquoſitate integrę/& ſuã retentionẽ volũtariam: & etiã expulſionẽ iuuat vnus ſolus veſicę muſculus os eius inuoluens.

¶ Paſſiones omniũ modoꝝ põt pati veſica/quę ſunt interdũ incurabiles: ſicut eſt per grandis lapis: & excoriatio in corpore colerico: & inſene.

De virga.

POſt prædicta mẽbra occurrit virga/quę eſt De ſubſtantia ligamẽtali: neruoſa etiã & cauernoſa eſt vt ſpõgia cũ aliquibus tñ muſculis/habet virga pariter & lingua plures & maiores venas & arterias q̃ aliud membrũ ſibi ſimile in magnitudine/per prędictas poroſitates Duce imaginatiua virga ſola ſæpe a ſpiritu magnificatur & erigitur. In ea enim eſt virtus naturalis per quã cũ animal mouetur ad coitum inflatur & Diſatatur: ſicut fit naturaliter motus in corde & in artetijs/in his autem fit ſemper propter neceſſitarẽ: in hoc vero aliquãdo cũ neceſſariũ eſt/ſua origo & ſitus eſt ex parte pectinis in medio omnibus nota.

¶ Sua figura eſt oblonga rotunda/habens in ſe cãnale p quod exit vrina & ſpma/ſũma pars eius Glans & caput virgę Dicta eſt: & ibi eſt cõpacta: Dura/& obtuſi ſenſus ne in coitib⁹ lædat: iſtã glandẽ circundat cutis mollis: quę Dicitur Pręputiũ obediens reuerſioni in omni confricatione.

¶ Hoc pręputiũ in parte inferiori in medio tãtũ per longũ alligat maiori parti glandis per certũ pelliculare membrũ a vulgaribus Dictũ el filello. Numerus & etiã q̃titas eius patent. Sua cõplexio innata per influentem eſt calida & humida: colligatur cũ oſſe pectinis: cũ Adenoſis paraſtatis: cũ veſica mediante cãnali extra riuante vrinã/cũ cerebro mediantibus: neruis ad muſculos & ad cutim eius venientibus cũ corde & hepate mediantibus arterijs & venis Deſcendentibus prędictis.

¶ Virga habet in ſe tria foramina: vnũ latum q̃ eſt cõmune ſpermati & vrinę: & Duo parua: per quæ in iſto cõmuni ingreditur ſperma a vaſis ſeminarijs ante dictis veniens: iſta Duo orificia ſeu vaſa ingrediuntur hoc cãnale in loco Dicto perineon/qui eſt locus inter virgã & Anũ/ab iſtis foraminibus ad veſicam ſecundũ veritatem iſtud cãnale Dicitur collum veſicę: ab hinc vſq; ad extremũ glandis Dicitur foramen cõmune & cannale virgæ: & ab aliquibus Dicitur Vretra.

¶ Habet etiam virga quattuor musculos: duos versus sub Inferius ab vtraq; parte vnū iuxta cānale vrinę/qui secundū longitudinē extensi sunt & Dilatant virgā: & illā eleuant vt sperma p ipsam cū facilitate penetret. Duo sunt alij eius musculi a radice ipsius versus os pectinis orti: veniētes transuersi versus glandē in parte eius superiori/qui cum tenduntur virga eleuatur: & cum cessant a tensione Deprimitur/q; si vni accidit tensio & alteri non/virga Declinabit ad partem musculi tensi.

¶ Vtilitas virgæ est facta principaliter pro conseruatione speciei. Ipsa enim mediante mittitur sperma in Agro naturæ. s. in Matrice: quæ si est moderatæ quātitatis sicut & lingua laudatur & vtilis est. Ipsius. n. breuitas non Ducit sperma ad locū Debitum: & sua nimia longitudo est causa resolutionis spirituum in spermate.

¶ Virga etiam p colligātiā suā euacuat vesicā ab vrina: cuius signū est q; pediculis orificio eius extremo applicitus mordicando prouocat eam.

¶ Iuuamenta præputij & pelliculę prędictę alligantis eū glandi sunt prę bere aliq; Delectationē in coitu: & tueri glandē a nocumentis extrinsecis. Istud pręputiū eiiciunt hebrei in circūcisionib⁹: operātes cōtra intētū naturæ. Passiones omniū modoq; patit virga. sua ꝓpria passio est priapism⁹.

¶ Ad istā anatomiā bene videndā prius notatis antedictis & notato situ Recti intestini: scalpro/falce/vel serra/vel alio ingenio: separa os pectinis a sua parte laterali: & simul cū osse separa notabilē partem cluniū. s. illā in qua sunt musculi Ani: & eleua rectū: vesicā: & virgā cū vasis seminarijs & poris uiritidibus p̄dictis: & pone p̄dicta mēbra prius lota & mūda a stercore & sanguinitate i eis cōtēta supra aliquā tabulā: vt p̄dicta melius videas/a/p̄dictis mēbris cū Diligētia solū os pectinis abijciendo.

¶ Et primo notabis locū poroq; vritidoq; prędictoq; vesicā ingrediētiū: in eis ponendo specillū seu radiū vel aliquod tale: & videbis penetrare eū Diagonaliter p substātiā corpis vesicę in suā cōcauitatē vt prędictū est.

¶ Istis visis videbis ēt vasa seminaria prędicta inter rectū & vesicā ingredi/& cū inciſorio aliquo cū cautela separa rectū a vesica/quia in loco isto hæc mēbra sunt firmissime alligata: & videbis prędicta parastata cauernosa & lata: & ea incidendo videbis sperma ibidē contentū pro Duobus vel pluribus coitibus: & hæc vasa terminantur in cānali virgæ.

¶ Et circa istū locū videbis carnem glandosam notabilē ad latera colli vesicæ/quæ aliqualiter Digerit & Dealbat sperma ibidē cōtentū/vel saltē cōseruat ne exsiccetur: cōseruādo etiā in eo spiritū genitiuum.

¶ Tenēt ēt istę carnes ne collū vesicę exsiccet: & ēt virgā: q; prę sua lōgitudine extra pēdens exsiccari & claudi apta est: & pp hoc ista carne carēt fœminę. Istę ēt carnes cū sua aliqua li vnctuositate resistūt a cuitati vrinę.

¶ Istis nõtatis potes scindere virgá per lõgũ: & videbis cánale prędictũ cũ orificijs: p quę ingreditur sperma: quę sunt Duo vnũ a Dextris/ aliud a sinistris nõ multũ Distãtes a cõcauitate vesicę: videbis ẽt corp⁹ uirgę cauernoſũ vel porosũ ad istar spõgię nõ multũ cauernoſę sed cõpacte aliq̃liter.

¶ De Recto.

NOtatis prędictis Debes reminisci dẽ loco intestini recti supra Dimissi pro anatomia Ani: qđ cõsiderabis esse in cõcauitate Aquaeli culi & terminatur intra Nates in loco Dicto Anus a quo exeũt excrementa primę Digestionis ordine naturali. Eius pars suprema tendit ad sinistrum vbi intestino colo alligatur.

¶ Considerabis etiã suam q̃titatẽ quę patet: & suã figurã: situ/ & numerę vidisti supra: colligantiã habet cũ corde/ cũ hepate & cerebro: cũ vesica in Mare/ cum Matrice in fœmina.

¶ Considera etiã ei⁹ cõplexionẽ/ quæ est frigida. Ideo est intra nates ne lædatur à frigore.

¶ Deinde secã ipsum per longum: & optime lauando: notabis eius inuersionẽ/ quę est ab exteriori interius ascendens per. 4. Digitos vel circa. Videbis. n. sępæ terminũ suæ inuersionis: & interdũ nõ uidebis: hæc inuersio mundat ipsum a fece/ quia egerendo rectũ aliqualiter Descendit: & hoc optime videtur in equis egerentibus.

¶ Extremitas ei⁹ inferior Dicitur Anus & podex & Sphicter: & alia multa hẽt nomina a me recitata in cõmẽtarijs sup anatomia Mundini.

¶ Sua substãtia est carnea & pãniculosa/ q̃ cũ musculis reddit magis carnosa/ i eo est aliq̃ pinguedo extra versus/ i eo sunt villi multi lati & longi: pauci obliqui: longi sunt extra & intra/ iuuãtes expulsionẽ iferi⁹ trahẽdo.

¶ In eo sunt. 4. musculi: vnus est in orificio eius extremo: cuti mixto cũ ipso p totũ Disperſus: qui constringit Anũ vndequaq̃/ quo fit vt stercora integre ab eo mundent: est alter musculus magis intra/ versus caput hoĩs eleuatus/ qui habet Duo capita & hic cõtinuatur cũ radice virgę: hui⁹ vtilitas est extremũ Ani arctare: post istos est vnũ musculorę par supra alios transuersaliter tendens: cui⁹ iuuamẽtũ est rectũ sursum eleuare/ quo mollificato fit recti pręcipitatio extra inter Nates/ ad certã Distantiam.

¶ In extremitate huius intestini apparent plures venę/ in aliquib⁹ notabiles: in aliquibus occultę/ quæ Dicuntur Aemorroidales/ paroxismaliter fluentes/ quas considera.

¶ Istę venę oriũt a Ramis venę chilis descẽdẽtis musculos Ani nutriẽtib⁹ multi eorę pfluuio vice purgationis vtunt: nec valde Debiles ob id fiunt.

¶ Iuuamenta Ani sunt educere stercora hora Debita: sui musculi iuuant parastata in emissione spermatis in coitu: cuius signum est q̃ sunt aliqui

coeuntes simul & egerentes: iuuant etiam vesicam in emissione vrinæ.
¶ Passiones omniũ modoꝝ patitur Anus/quę oẽs sũt Difficilis santione: & inter alias/Recti extremitas sicut & matrix ꝓcidit/quã stypticis Retro ducimus. Condylomata etiã seu Tubercula quędã: ficus & etiã fungi inascuntur: Marisca itẽ & Ragadas seu Ragadiæ: quæ ex inflãmatione oriri solent. Hos tamen morbos interdũ lasciua luxuriæ procacitas: & extuãs libido in vtroq; sexu Diuerticula quęritando/neglecta natura / non sine ipsa & maiestatis Diuine iniuria facit.

De Matrice nõ prægnante.

VIsis mẽbris in Mare in ventre inferiori cõtentis/ ad fœminã anatomizandã transeo/in qua videnda est anatomia Matricis. Suoꝝ Testiũ cum vasis seminarijs & sua vesica.
¶ Matrix q̃ etiã vulua Dicit Duas habet partes. s. receptaculũ: seu sinũ vel cõcauitatẽ: & ceruicẽ seu collũ: & est mẽbrũ ad ꝓpagationẽa natura genitũ: substãtia sui Receptaculi est neruea/ex neruis ligamẽti & carne cõfusa mixta: ideo paꝝ sentit: & vnica tunica est cõposita/circũuoluta peritonio: & est Neruea vt extẽdatur in coitib⁹: & vt aggreget apud quãtitatẽ paruã in partu. tota etiã sua cõcauitas mouetur ad centrũ in acceptione spermatis: & illud amplectitur & tangit cũ suis lateribus.
¶ Substantia vero suę ceruicis seu colli est lacertosæ carnis/quasi cartilaginea cũ aliquali pinguedine/hñs Rugã supra Rugã: quę Dant Delectationem in cõfricando in coitibus: Hęc pars est satis sensibilis:
¶ Sua cõcauitas Dr̃ Vter⁹: venter: & Receptaculũ fœtus: fixura q̃ est in orificio ceruicis Dr̃ pudendũ muliebre & vulua: & natura: & os genitale.
¶ In hac ceruice locatur virga in coitibus.
¶ Inter ceruicẽ & receptaculũ intrinsecus est certa substantia pellicularis carnea satis sensibilis: in medio ꝑforata: Dilatabilis & cõstringibilis/ os Matricis dicta/formam habens capitis mugili: alias Cephali: siue Tencæ piscis: seu Gati nouiter nati: quę in coitib⁹ & partubus & in mẽstruis aperitur ordine naturæ: in alijs vero temporibns maxime cũ pręgnãs est: sic clauditur vt nec subtilis Acus eam ingredi posset nisi violenter.
¶ Ceruicis figura est oblonga: rotunda: coneaua: inuiolata tãta est quãta est virga secũ coeuntis: in virgine vero est minor.
¶ Huic circa eius mediũ est pãniculus virginalis ut Rete: cõtextũ ligamentis subtilibus & pluribus venis: quo violata caret/quia rumpit in primo coitu cũ Mare: hic pãniculus vocatur Eugion & Cento/& Imen.
¶ Extremo ceruicis Additę sunt a laterib⁹ pelliculæ: quę ꝑputia Dicuntur.
¶ Intra ceruicem parũ versus os pectinis ingreditur collũ vesicæ breue: cuius orificium clauditur a certis paruis Additamentis carneis & pãni-

culariibus a quibus & a præputius antedictis mediante aere fit in ermi-gendum aliquis ſtrepitus.

¶ Figura receptaculi eſt quadrangularis cum aliquali ro tunditate: in-ferius concaua ſicut veſica.

¶ Receptaculo verſus ceruicem eſt ab vtroq; latere vnū additamentū ligamentale Dorſo verſus anchas alligatum cornu limatiæ formā habēs. Ideo cornua matricis hæc Dicta ſunt.

¶ Circa hæc cornua vtriq; eſt vnus Teſticulus Dutior & minor q̄ in Mare/nō perfectæ rotundus ſed vt amigdala compreſſus: in eis ge nerat ſperma/non groſſum vt in mare: nec calidū: ſed aquoſū tenue & frigidū.

¶ Iſti teſtes non habent vnicum pāniculum in quo ambo contineantur ſicut eſt ſcortum in mare: ſed quilibet habet proprium pāniculum ortū a peritonio eos circa cornua alligantes: & quilibet eorum habet vnum muſculum paruum a quo mouetur.

¶ Iſtis Teſtibus implantantur vaſa ſeminaria prædicta / quæ a chili & ab Aorta & ab emulgentibus Deſcendunt Dicta præparantia: inde alia vaſa Deportantia nominata/continue ſe Dilatando vſq; ad receptaculū tendunt: & intra matrices concauitatē ſperma Ducunt.

¶ Horum vaſoꝝ orificia foſſulæ & cotilidones Dicuntur / per ea fluunt menſtrua/ab eis fœtus haurit nutrimentū per venas & arterias vmbili cales foſſulis prædictis alligatas.

¶ In fœmina nō ſunt paraſtata vaſa/nec epydidimū vas: qa in fœmina vaſa mollia ſunt nō ledentia Teſtes ſicut in mare propter eoꝝ Dutitiē.

¶ Matrix tota cum ſuis Teſticulis & vaſis ſeminarijs eſt ſimilis mēbris generationis viroꝝ/ſed membra virorum ſunt completa extra propter ſuum cālorem expulſa: fœminaꝝ vero ſunt diminuta intra retenta pro-pter ſuum Diminutum calorem.

¶ Et matrix eſt quaſi conuerſum inſtrumentum. Collum. n. matricis eſt quaſi virga: & eius receptaculum cum teſticulis & vaſis eſt ſicut ſcortum. Scorto. n. inuerſo intra ipſum eſt cōcauitas: & extra ei etiam in verſo ia-cent teſtes & vaſa ſeminaria ſicut receptaculo matricis: viroꝝ tamē teſtes & vaſa ſunt maiora.

¶ Situs fiſſuræ matricis eſt inter Anum & os pectinis / & locus qui eſt inter vtraq; orificia perinion Dicitur.

¶ Cervix a fiſſura per ventrem ſupra aſcendit vſq; ad receptaculum: cuius locus eſt inter rectum & veſicam. Hæc omnia ſunt in concauitate Aqualiculi per longum ſita.

¶ Receptaculū q̄titas in puellis exigua eſt: & minor ſua veſica: nec cō-pletur ſua concauitas niſi cum compelmento augmēti corporis cuius eſt:

In adultis verō (nisi grauida sit) est non multo maior q̄ manu comprehē dātur: Crescit tamē propter menstrua/parietes quasi carneos/densos & grossos habēs: in prægnante vero est maxime dilatata & subtilis magis neruea apperens: & tunc ascendit versus vmbilicum plus & minus secūdum fœtus quantitatem.

¶ Vnicā cōcauitatē seu cellulā habet: quę tñ aliqualiter circa eius fundū in binas partitur: ac si essent duę matrices ad vnū collū terminatæ.

¶ In parte ei⁹ dextra vt plurimū alligātur mares/in sinistra fœminæ.

¶ Colligatur cerebro per neruos/cordi per arterias: hepati & mamillis per venas/recto intestino per pannieulos vesicæ per collū eius: quod est breue nō penetrans extra sicut in mare/anchis per cornua: sed a cornibus supra: Receptaculum est vndequaq; solutum: & ideo præcipitat ad latera: & interdum suum receptaculum exit totaliter extra corpus per collum seu ceruicem ipsius.

¶ Numerus eius patet: & forte non errat qui dicit esse duas matrices/quia sunt duæ concauitates: vt duę manus concauæ se inuicem tangentes vnico pāniculo coopertæ ad vnum cānale terminatæ.

¶ Et vt aliqualiter tibi satisfacias de sua figura: loco: & situ/videas infrascriptas figuras imediate sequentes/ad quas videndas/non veniat qui non est ingeniosus & expertus in lineis & vmbra/seu in pictura: quę multum iuuat medicos & alios multos artificis. Complexio matricis innatā actuata per influentem est calida & humida. Sua iuuamenta sunt expurgare corpus a superfluitate sanguinea naturali: conseruare tamē principaliter speciem.

¶ Potest pati omne genus morbi/sępe procidit: & tota potest extrahi a corpore durante valitudine: vnam matricē corruptā ego vidi extrahi integre in terra Carpi a genitore meo: quę sanata est & diu vixit.

¶ Ego etiam Bononiæ extrahi vnā aliam integre quæ erat cancrenata anno. M. D. VII. de mense Maij quę superuixit sana.

¶ Vnam aliam corruptam me præsente nepos meus ex fratre Damianus extraxit integre in cætu doctorum & multoꝝ scholasticorum anno Domini. M. D. XX. Die. V. Octobris. Ista vltima nomine Gentilis: erat vxor Christophori Brianti de Mediolano/habitatoris Boñ. in contrata dicta lo inferno/quæ hora ista. 1522. decima Nouēbris est sana & exercet negocia familiaria.

¶ Si maiora queris vide cōmentaria mea supra Anatomiam Mundini: & ibi habebis de Matrice prægnante & alia multa/& hæc sufficiant de Anatomia Ventris inferioris.



¶Habes i hac figura matricē cū suis cornibus ad latera: īfra quæ sūt testiculi in suo loco naturali alligativasis seminarijs / q̄ vasa terminant ad corpus matricis vt vides & oriunt supra circa regionē renū ab emulgēte & avena chili / vt supradictū ē: & hæc matrix ē figurata magna / ac si eēt prę gnās: in ꝑte cui⁹ anteriori est vesica cū suis poris viritidibus: & collū vesicę terminat ī collo matricis parū supra fixurā: quæ dicit vulua: & testiculi in hac figura sunt in loco suo debito: hæc tamē melius videntur anatomizando fœminam prægnantem: & etiam non prægnantem.



¶ Habes i hac figura matricē integram cū cornibus & teſticulis ſupra cornua & vides q̄liter vaſa ſeminaria vadūt ad teſticulos: & a teſticulis ad matricē ſed teſticuli nō ſunt i ſuo loco naturali qa loc⁹ ſuus naturalis ē ifra cornua ſed ſic ſunt ſupra cornua i hac figura qa melius vidētur igredi i eis vaſa ſemiaria/&vides in hac figura q̄liter os matricis eſt ſupra colliq̄ quod os eſt illud foramen q̄ vſ ſupra colliq̄ matricis.

¶Habes i vẽtre huius figuræ Matricem apertam in qua vides puncta aliq̃ nigra indicantia capita venarũ quę dicuntur cotilidões: habes præterea Matricem inuersá extra vẽtrem: & est illa figura supra q̃ vides Digitũ indicẽ præsentis figuræ & in fundo Matricis est certa depressio vt uides/quę est illa quæ Distinguit sinũ Dextrũ a siniſtro: nec in Matrice reperitur alia Diuisio: & illa puncta nigra sunt cotilidones: & vides qualiter collum Matricis est sine cotilidonibus: & vides qualiter collum assimilatur virgæ virili.





Quia Decies repetita placere ſolent: habes hic duas alias Matricis imagies quarũ vna eſt in uerſa: i qua vides qualiter p totũ in receptaculo ſũt multa veſtigia nigra indicantia rotidẽ Cotiledones: qui tamen non ſũt in collo. In alia figura vides matricẽ naturalẽ cũ teſticulis & vaſis ſpermaticis: & ligamentis cornualib⁹ quibus alligat anchis: vides etiã collum & os/ p qđ exeunt mẽſtrua & fœtus: & ingreditur virile ſemen.

¶ De Anatomia ventris medij.

VIſis prædictis ſcinde Ventrem mediũ: in quo ſunt mẽbrã vitalia: cũm quibus etiã anteq̃ venter ſupremus anatomizetur melioris ordinis gratia videbis aliqua mẽbra partis anterioris colli: & aliquas faciei partes intrinſecas & extrinſecas.

¶ Partes primo videndæ ſunt mẽbra pectoris/quod Caſſus/Clibanũ & ab aliquibus thorax Dicit: In eo.n.ſunt partes cõtinẽtes & cõtente.

¶ Et continentiũ ſicut in ventre inferiori/aliæ ſunt cõmunes/ aliæ proprie: & aliq̃ magis propriq̃.

¶ Partes cõmunes ſunt omnes partes circundantes pectoris vacuũ/ quarum aliq̃ ſunt ante: aliq̃ a lateribus/aliq̃ poſterius.

¶ In iſto tñ ventre/neq̃ in ventre naturaliũ membroq̃/ponuntur partes ſuperiores/neq̃ inferiores eis Determinate/ſicut in ventre ſupremo: quia partes anteriores laterales & poſteriores in ventre naturaliũ mẽbrorum vniuntur: & faciunt partẽ eius inferiorẽ: & pariter faciũt huiꝰ vẽtris ſuperiorẽ partẽ. Hic.n.in eiꝰ ſupremo: ille vero ĩ ſuo infimo loco terminat quaſi ĩ pũcto: & a p̃dictis partibꝰ hic ſupra: & ille infra circundãtur. Septũ aũt tranſuerſum ſeu dyafragma mediat inter iſtos/& facit partẽ ſupremã inferioris vẽtris/& inferiorẽ ſupioris: ſed qa ſeptũ trãſuerſum eſt ambobus ventribꝰ cõe: ideo nõ ponit proprie & Determinate pro aliqua parte cõtinente prædictoq̃ ventriũ: ſed auctores ponunt ipſum inter partes cõtentas: Eſt tamẽ pars cõtenta & continens: & contenta Dicitur/inquãtum eſt intra corporis vacuitatẽ: & cõitnẽs eſt: quia a ſuperiori cõtinet mẽbra naturalia: & ab inferiori vitalia.

¶ Dico ergo q̃ pars cõmunis anterior & lateralis medij ventris Dicitur Pectus: para vero poſterior Dicitur ſummũ Dorſi: & ponentes collum in Dorſo hanc partẽ mediã ventris nominant mediũ dorſi.

¶ Partes vero proprie: aliq̃ etiã ſunt ante/aliq̃ a lateribus & aliq̃ poſteriꝰ quę ſunt ante/cõiter ponuntur tres. ſ. ſuperior/inferior/& media.

¶ Superior eſt locus vbi imediate ſub collo cõiũgunt Duo oſſa vtrinq̃ lateraliter tendentia verſus humeros/Dictæ duę furculæ laterales: & hęc pars vocatur furcula ſuperior/ſuſcipiens nomen a figura & loco/ paruũ occupans locũ/maxime in pectoris longitudine: & hic locus ab aliquibus Dicitur iugulum & clauis.

¶ Sub iſta immediate eſt pars media/Dicta proprie Pectus/ſic Dicta/qa pexa eſt inter eminentes mamillaq̃ partes: & hæc pars: eſt a prima prędicta parte infra vſq̃ prope ſeptũ tranſuerſum per longũ: in latũ vero eſt tanta quanta eſt latitudo oſſium pectoris/coſtis exceptis.

¶ Inferior vero pars / eſt locus vbi prędicta oſſa pectoris terminantur

circa regionē ſeptitranſuerſi: & qa talia oſſa lateraliter tendūt furculā etiā faciēres: ideo hic locus Dicit furcula inferior/in medio cui⁹ eſt cartilago ſcu talis: Dicta pomū granatū: qa aſſimilat pti balauſtij, i. floris mali granati.

¶ Partes vero laterales dñr coſtar⁹: & latera: & mamillaꝝ regio.

¶ Partes vero poſteriores: Aliç ſunt mediæ: & aliç laterales/Mediç dicū tur interſcapiliū & metaphrenō: & notō: laterales Dñr ſcapulç/ſpatulç/& ſcapiliū: Aliq tamē vocant laterales cū medijs /metaphrenon/& noton.

¶ Partes vero magis propriæ: Aliæ etiā ſunt anteriores/aliæ laterales: & aliæ poſteriores.

¶ Quę ſunt ante/ſunt primo cutis/pinguedo/aliqui muſculi: oſſa & cartilagines: & pāniculus pleura.

¶ Partes vero laterales/ſunt cutis/pinguedo/mamillaꝝ ſubſtantia/muſculi multi: Coſtæ & etiam pāniculus pleura.

¶ Vltimo ſunt partes poſteriores. ſ. cutis/aliq̄ pinguedo/muſculoſa caro & non muſculoſa ſimplex replens oſſium vacuitates aliquas / Duodecim ſpondili coſtaꝝ ſiue pectoris: & pāniculus pleura.

¶ Partes cōtentæ/ſunt muſculus dyafragma ſeptūtranſuerſum Dictus: qui ſecundū aliquos eſt inter cōtenta pectoris numerādus, inquantū ſua principalis opatio eſt ſeruire cordi/mediāte ſuo motu: p quē pulmonem mouet. Eſt Deinde pānicul⁹ mediaſtin⁹: capſula cordis: Cor cū ſua Aorta Arteria: & pulmo cū ſuis vaſis: vena chilis aſcēdens/Nerui Deſcendētes: & aſcēdētes Reuerſiui Dicti /glādula Dicta Timū & Morū. Gula, i. cibi ab ore ad ventriculū uia/cū pāniculis prędicta mēbra tegentibus.

¶ Subſtantia huius vētris eſt pelliculoſa/pinguis/oſſoſa/ cartilaginoſa: muſculoſa/& pannicularis.

¶ Oſſa, n. eius nō ſunt vnita ſicut in capite/ſed Diuiſa/vt pectus ſit obediens motui anhelit⁹: & ideo ꝓpter motū i eo ſunt muſculi. Dixit Gal. 7. De vtilitate/ſi pectus eſſet factū ex ſolis muſculis. illi caderent ſupra cor & pulmonē: vt igitur ſpatiū fiat aliquod intus: ſimul autē & moueat totū organū: muſculi oſſibus alternatim poſiti ſunt.

¶ Hic venter pectus Dictus: quantitate eſt inſignis / quia ſeruit multis & magnis mēbris: habet tamē maiorē concauitatē poſteri⁹ q̄ ante / initiū cuius verſus poſterius/eſt a primis ſpōdilis infra collū vſq; ad ſeptūtrāſuerſum/q̄tū cōtinent Duodecim coſtæ/ſed anterius occupat tantū partē contentā inter furculā ſuperiorē & inferiorē incluſiue.

¶ In homine pectus eſt latum/non carinatū ſicut in maiori parte brutorū: latius tamē eſt in Mare q̄ in fœmina/ad portandos autē fœtus: venter inferior eſt in fœmina maior q̄ in Mare: & ꝓpter hoc regio Renū: Oſſis ſacri/& anchaꝝ in fœmina eſt valde lata.

¶ Figura/& numerus/& situs pectoris patent/sed eius cõcaultas interior est similis cõcaultati semioui oblique p latũ incisi/cuius pars magis acuta est uersus collũ: est etiã similis ungulæ Bubalinę/sicut est pulmonis figura.
¶ Colligat cũ toto corpore/cõplexio eius est secundum suas partes: Sua cõplexio inata actuata p influentẽ est calida: iuuamẽta eius/sunt custodire cor & pulmonẽ principaliter. passiones omniũ modoꝝ patitur.

De Mamillis.

IN parte anteriori pectoris uersus latera/sunt Duo mẽbra rotunda. Mamille a sua figura nomẽ sumentes ab antiquis Rumę Dicta/i medio cuiuslibet eoꝝ/est unũ tuberculũ paruũ quod Papilla Dicitur per quæ infans papat/circa quas/est circulus: qui est rubricetus seu rosetus: & interdũ nigricans/Fos græce Dictus/substantia quaꝝ/est ex uenis/arterijs: & neruis. Inter quas est uacuitas/quã replet caro glãdosa/alba sensu carẽs: & ꝓpter suã albedinẽ/quãdo morat in eis sanguis albificatur: & fit lac: & Mamilla cõuertit sãguinẽ ad albedinẽ & facit lac/sicut hepar cõuertit chilũ ad rubedinẽ: & facit sanguinẽ. Vnũquodq; n. eoꝝ: cõuertit humiditatẽ in eo cõtẽtã ad similitudinẽ suã/in natura & colore: huius sanguinis albificati: una pars nutrit Mamillas: alia est lac: & hęc est supfluitas utilis.
¶ Ad Mamillas ueniunt Descendendo a regione ascelarum circa costas: suæ uenę & arteriæ: & etiam a regione pectinis ueniunt uenę p abdomẽ/quas seruasti superius/istæ uenæ & arteriæ optime apparent in corpore Demacrato/in pingui uero occultæ sunt: sed optime uidentur in fœtu/trium uel quattuor mensium.
¶ Numerus Mamillaꝝ/& quãtitas patet: sunt tñ maiores in fœmina q̃ in Mare/propter lac generãdũ/suus situs/est in pectore: qa est latũ/nõ carinatũ/in quo possunt locari cõmode: & etiã qa supfluitas mẽbroꝝ superiorum nõ transit in crines/nec in dentibus: nec in cornibus/ut in brutis. Colligantur cerebro per neruos/cordi per arterias/ hepati & Matrici p uenas: A matrice tamẽ suscipiunt maiorẽ partẽ sanguinis/ex quo fit lac: ideo lactantes nõ habẽt menstrua: nisi rato & pauca: & nõ mẽstruantib⁹ tempore Debito/tument Mãmę/tument etiam & Dolent Mãmę/paꝝ ante tempus menstruoꝝ: quia Matrix: & uenę secũ alligatę sunt plene.
¶ Iuuamẽta eaꝝ/in Mare sunt ad Decorẽ: & ad tutelã mẽbroꝝ pectoris: & reuerberant calorẽ ad cor: & interdũ in mare fit lac propter abundãtiam nutrimẽti/maxime in habente magnas & fortes Mamillas. In fœmina etiã habent prędicta iuuamenta: sed principaliter sunt pro lacte generando: ut nutriatur eo nouiter natus/usq; quo possit Deglutire cibũ solidũ: & lac est proportionatũ nutrimẽtũ nouiter nato/qa fit ex sanguine a quo prius nutriebatur in ventre. Passiones omniũ modoꝝ patiuntur.

De Musculis Pectoris.

VIsis & notatis prędictis/potes excoriare cutē totius pectoris/relin quendo Musculos in loco suo/& scindere Mamillas:ut uideas eius substantiam/maxime carnem/in qua sunt venę & arterię per totū Dispersę:& videbis Papillas habere plura foramina exigua valde/a quibus exit lac/ad quæ foramina:secundum aliquos terminantur extremitates venarum prædictarum/per quæ exit lac:& secundum alios/lac exit a spongiositatibus carnis Mamillæ terminatis ad foramina papillę:& non a venis immediate:utrūq; est ple.

¶His visis/notabis in pectore multos Musculos/qui mouent pectus voluntarie:q̄uis etiam pectus naturaliter moueatur.s. ad motum cordis & pulmonis/ut in nostris cōmentarijs Diximus/quorum aliqui sunt exteriores/alij inter costas/& alij intra pectus.

¶Exteriorum Duo sunt sub furculis superioribus/continui cum costa prima/qui ad caput spatulæ tendunt:& cum istis unitur vnum aliud par:cui⁹ unūquodq; impar/est duplans primum par:& faciens ipsum in Duas partes/pars cuius superior continuatur collo:& ipsum mouet/inferior vero pectus mouet:& hoc par/continuatur cum uno pari/quod est cōtinuum cum quinta & sexta costa.

¶Postea est aliud par in concauo spatulę/continuatū cū vno pari venīte a sphōdilis vsq; ad spatulam/& in isti omnes sunt sicut vnum par: qui continuantur cum costis posterioribus.

¶Postea est aliud par/ortū/a sexto sphōdili colli:& a primo & a secūdo superiori sphondili pectoris/continuatum eisdē costis:& isti musculi sunt omnes Dilatantes pectus.

¶Postea est vnū aliud par/sub rādicibus costaq; superioq; extensum:qđ Descendendo vnitur cū suis extremitatib⁹ vni pari/quod est circa furculā inferiorē cōtinuatū cum musculis longis abdominis/supra quod par/sunt duo paria/quę ipsum cooperiunt/& isti oēs cōstringunt pectus.

¶Musculi vero intra costas/sunt Dilatātes & cōstringentes/inter se Differentes in opere:& hi q̄ sunt inter costas:inter costā & costā sūt quatuor.s. Musculi Duo versus exterius/& duo versus interius/quos leuiter separando cognosces per incessum suoq; villorum/primi duo superiores/habent villos transuersales:& Dilatant pectus. Secundi vero inferiores habent villos latos:& sunt constringentes.

¶Musculi vero intra pect⁹/est solus vnus.s. dyafragma seu septūtrāsuersū qui cū q̄escit/cōstringit pectus/p accidens tñ:& cū mouet/Dilatat illud/motus tamē dyafragmatis/est cōpositus ex voluntario & naturali.

¶Numerus quorum in totum est/centrum & quinq; musculi/exceptis

¶Numerus quorum in totum est/centum & quinq; musculi / exceptis Musculis prædictis dorsi:& colli.ſ.Duo primi ſub furculis ſuperioribus:& Duo alij continuati cum quinta & ſexta coſta.Poſtea Muſculi Duo a cō cauo ſpatulæ venientes continuati coſtis poſteriorib⁹/poſtea Duo a ſexta ſphondili colli:& a prima:& a ſecunda pectoris eiſdem coſtis continuati. & iſti ſunt octo in totum/omnes Dilatantes.Sunt etiam totidem conſtrin gentes/excepto Dyafragmate/quod etiā dilatat.

¶Et De conſtringentibus primo ſunt Duo ſub coſtis ſuperioribus: & Duo circa furculam inferiorem/ſupra quos/ſunt quattuor alij eos coope rientes/qui omnes ſimul cum Dyafragmate/ſunt Decem & ſeptē. Poſtea ſunt inter.xxiiij.coſtas.xxij.ſpatia : & pro quolibet ſpatio ſunt quattuor Muſculi/qui ſunt in totum inter coſtas.lxxxviij.& ſimul cū.xvij.prędictis: faciunt numerum centū & quinq; muſculorum.

¶Sed vt iſta omnia bene videantur/excoriandæ ſunt etiam ſpatulæ: & dorſum:& primo videbis muſculos exteriores / ſecundo muſculos inter coſtas.Dyafragma videbitur inferius loco ſuo:hæc tamen latius a me ſūt Dicta in cōmentarijs ſuper Mundino.

¶Aduerte lector q̄ motus pectoris ſunt quattuor.ſ. expiratio violenta/ & inuiolenta:& inſpiratio inuiolenta:& etiam violenta / quibus obediūt Muſculi prædicti.

¶In motu inuiolento inſpirationis/ſeruiunt Muſculi inter coſtas dilatā tes pectus/ſeruit etiam ei/motus cordis & pulmonis.Dum enim Dyafrag ma mouetur/trahit pulmonem/qui ut clibanum aere repletur/adiuuante motu cordis Dilatatiuo:& pectus dilatat.Iſtum motū/adiuuant etiā Duo primi muſculi qui ſunt iuxta furculas ſuperiores:& iſtę motus eſt mixtus ex voluntario & naturali:naturali vincente.

¶Ad violentam autem inſpirationem/concurrunt cū prædictis/ omnes alij muſculi pectus dilatantes/ſimul cum Dyafragmate: & iſtæ motus eſt etiam compoſitus ex naturali & voluntario/voluntario ſuperante/ſtāte valitudine cordis.

¶Ad motum autem inuiolentum expirationis / concurrunt (leuiter tamen)Muſculi interiores coſtarum/&omnes alij muſculi cōſtringen tes / ſed principaliter hic motus eſt naturalis / quia fit a corde & a pul mone / ad expirationis vero uiolentum motum /iuuant / cor & pulmo: ſed principaliter iuuant omnes muſculi conſtringentes: & etiam Mu ſculi Abdominis.

¶Ex prædictis / patet colligantia muſculoꝝ pectoris/& figura:ſitus & quātitas:& eoꝝ ſubſtantia.Numerus eſt Dictus.Cōplexio ſua eſt calida & humida.iuuamenta Dicta ſunt.Paſſiones omniū modorū patiuntur.

¶ De Ossibus Pectoris.

OSsa pectoris non sunt unum continuum sicut in capite: sed plura contigua / vt possint Dilatari / quæ sunt ante & a lateribus / proprie sunt ossa pectoris: sed quæ sunt posterius: sunt magis appropriata Dorso / ossa pectoris lateralia / a latinis Dicuntur costæ / Dictę græce pleura seu pleuron: & chondron: Numero sunt. xxiiij. Duodecim in quolibet latere / De quibus Decem inferiores / ab vtroq; latere quinq; græce Roas Dictæ: alijs sunt breuiores: & parum ossosæ / sed cartilagineæ / quæ a latinis mendosæ & incompletæ Dictæ sunt: superiores vero completæ & integræ sunt: & vocantur veræ costę / quæ in quolibet latere sunt septem: quibus continuatur vtrinq; os pectoris prædictum: quod os in medio est durum: & uersus costas cartilagineum, s. q; inter os pectoris & costas est cartilago.

¶ Hoc os secundum aliquos / est ex septem ossibus compositum / quibus vtrinq; vniuntur septę costæ uerę: & secundum aliquos alios est ex quindecim: scilicet septem in quolibet latere: & vnum in medio: & secundū alios est ex. xxj. s. ex septem in medio: & vtrinq; ex septem cartilaginibus: quibus vniuntur costæ vere.

¶ Sua figura est lunata. Sua substantia: & quātitas: & situs patent costę colligantur Duodecim primis sphondilis infra collum: & ossibus pectoris prędictis: & pāniculls eas tegentibus. Sua cōplexio frigida est & sicca. Sua iuuamenta patent. Passiones omniū modoq; patiuntur.

¶ Suam anatomiā oprime videres: si in vno indiuiduo eis solis vacares: non habendo respectū membris spiritalibus.

¶ De Pleura Pāniculo.

INter membra continentia / ponitur panniculus immediate costis & ossibus pectoris herens / qui Dicitur Pleura cuius substantia est neruea / dura & subtilis / a / qua oriuntur panniculi membra in isto ventre immediate tegentes. Sua figura est plana / extensa per totū in circunferentijs pectoris: & etiam circa Dyafragma versus suum superius extenditur per totum ipsi firmissime herens. Sua quantitas ex prædictis patet occupat totā concauitatem pectoris / excepta certa parte anteriori eius / quæ occupata est a mediastino.

¶ Numerus / & etiam situs / & colligantia: & sua complexio patent. iuuamenta sunt vestire & tueri membra pectoris: & ligare sua ossa inuicem: & mediare inter ossa & membra contenta in pectore / ne molle ledatur: a duro valde. Passiones omnium modorum patitur. Istum panniculum non videbis perfecte / nisi incidēdo costas aperias pectus eo modo quo infra Dicetur.

¶ De Septotransuerso seu Dyafragmate.

VIsis partibus cõtinentibus/cõtenta occurrunt:& primo est videndus musculus pãnicularis Dyafragma Dictus. Secũdo pãnicul⁹ mediastinus. Tertio pãniculus capsula & receptaculũ cordis Dictus. post ista mẽbra/videbitur cor:& residuũ contentoꝝ in pectore.

¶ Dico ego quod intra corpus/inter ventrem Imũ & Medium/est certa substantia pãnicularis & carnea/dorso circa Duodecimũ sphondilũ alligata/quę Dorso ante versus alligatur/semper extremitatibus costaꝝ mendosaꝝ vsq; quo terminetur & alligetur extremo furculæ inferioris pectoris: & sic Diuidit mẽbra naturalia a vitalibus:& hoc mẽbrũ nominatur septũ transuersum:& Paries:& Phrenes:& Dyafragma:& Gal. in libro De voce & Anelitu vocat percordiũ:quod est musculus & nõ pãniculus: fungitur tamẽ officio panniculi/in tuendo cor:& mẽbra superiora a vaporib⁹ olidis/eleuatis a mẽbris nutrimẽti/sua pars carnea/est ad extrema ei⁹:& sua corda/est in ei⁹ cẽtro/pulmoni vnita/q̃a hẽt cũ tali situ/illum mouere.

¶ Huic versus superi⁹/ꝑ totũ alligat Pleura:& eodẽ modo inferi⁹ siphac est ei alligat⁹/ꝑforat versus Dorsum/a chili vena ascendẽte/a qua in ipso/vna a Dextris/alia a sinistris/remanent duę venę ipsum nutriẽtes/ꝑforãt ẽt ipsum versus dorsum/Aorta arteria Descẽdens:& Gula seu Meri/quę versus ventrẽ inferiorẽ alligatur ventriculo immediate.

¶ Sua figura & quãtitas patet/sua substãtia/& colligantia/& situs Dicta sunt. Alligat tñ ꝑ paruas arterias cordi:& cerebro ꝑ tria paria neruorum: quorum duo veniunt a Nuca:& vnum a cerebro/& isti apparent interdum notabiles.

¶ Sua cõplexio est calida & humida. Iuuamẽta sua sunt pro parte Dicta. Gal. tamen Dixit in ipso esse originẽ respirationis & omniũ virium corporis:& hęc iuuamenta ipse inuenit primo. Iuuat etiã in expellẽdo a ventriculo/& ab intestinis/& a matricę aliqua sua cõtenta:prouocat etiã risum: secundũ aliquos mouendo mentẽ pręter voluntatẽ in titillationibus.

¶ Passiones omnium modorum patitur:sua solutio est lętalis.

De Mediastino.

POst Anatomiã Dyafragmatis/occurrit pãniculus mediastinus/sic Dictus/quia Diuidit cassum pectoris secundũ longũ per medium: alia etiã habet nomina:ad quẽ videndũ:primo a Dextris & sinistris separa ossa pectoris a costis:taliter ne ledas contenta in pectore separa etiã Dyafragma ante versus ab ossibus pectoris:& videbis istũ panniculũ ab imo ad summũ:& ab ante retro/diuidere pectus. Sua substãtia est pãnicularis:sua figura/& quantitas patent:situs est Dictus:numero sũt duo panniculi/versus anterius Notabiliter Distantes/habentes in se notabilẽ

vacuitatē:ſed verſus Dorſū apparet un⁹ ſolus/colligat pleure/a quo ſm aliquos orit:colligat ēt Dyafragmati:& Dorſo/& pulmoni/mediāte pāniculo a pleura orto:colligat ēt meri teſte Auic.& ēt oſſib⁹ pectoris: colligat ēt cerebro p neruos/cordi p arterias:hepati p venas.Sua cōplexio eſt frigida & ſicca/ſua iuuamēta tūt Diuidere pect⁹& pulmonē p mediū/vt ſi cōting.t vni patri nocumētū/ne cōtingat alteri:tueť etiā furcas ſuperiores: ab eo etiā fit cōſeruatio caloris cordis.Paſſiones omniū modoꝝ patitur.

¶De Capſula Cordis.

VIſis prędictis/Debes eleuare oſſa anteriora pectoris ſeparādo ea a parte anteriori pāniculi mediaſtini:quē Dimitte in loco ſuo vſq; quo vidiſti Anatomiā pulmonis.Eleua etiā vtriq; coſtaꝝ ſūmitates/vt locū amplū habeas pro alijs vidēdis:& in iſta ſectione bene cōſiderabis oſſa pectoris:& etiā pleura:totū tñ Dyafragma in loco ſuo vbi potes pmitte alligatū: maxime Dorſo:vt videāturnerui ad eū venientes a ſuperioribus:& vt videatur gulę ſiue meri cū ipſo colligantia.

¶ Iſtis eleuatis/videbis pulmonē/i medio cui⁹ eſt vn⁹ pānicul⁹ mediaſtino alligat⁹q eſt Dur⁹& groſſus/vt meli⁹ tueat Cor ab extrinſecis: figura cui⁹ eſt ſicut eſt cōtentū ab eo viſcus/cor noiatū/q cōcauus eſt: & ſimilis marſupio:& ideo Dr capſula:i quo eſt cor ipſum/& Aqua in notabili quātitate/ipſum irrorans:& phibēs ne exſiccet a forti calore/quę ſi exauſta ſit cardiacus morb⁹ efficit:quo aīal ad tabē pducit: vt contigit ſimię Gal.hæc capſula eſt valde ſenſibilis:& forte cōpletiue primo genita corde.Subſtātia/ſitus/figura:& iuuamēta ſua Dicta ſunt:Numero eſt vn⁹:quātitas patet:colligat radicib⁹ pāniculārib⁹ cordis/& pleure/& mediaſtino /& Dyafragmati:p pelliculas ſuas:hepati p venas/Cordi p arterias: Cerebro p neruos.Sua cōplexio innata eſt frigida & ſicca:influens vero calida/ quia cordi proximus.Paſſiones omniū modoꝝ patitur.

¶Prædictā capſulā/& mediaſtinū/& Dyafragma/Dimitte i loco ſuo vſq; quo vidiſti Anatomiā neruoꝝ Deſcendentiū:qui Deſcendendo ad ventrē inferiorē/mittunt ramos ad prędicta mēbra:vt Dicetur infra.

¶De Corde.

POſt Capſulā occurrit Cor:in cuius Anatomia & etiā pulmonis: & etiā aliquaꝝ capitis & colli partiū propter ipſoꝝ artificioſam compoſitionē & operationē vberius procedam.

¶Cordis enim Dignitas alijs particulis pręualet.Omniū.n.membroꝝ eſt principaliſſimū:& Dicit ſol micocroſmi.Alia.n.mēbra ſuo ſpiritu illuminat Huic enim eſt pręcipu⁹ calor/palpitat certe:& quaſi aīal motū hēt. Ideo naſcētib⁹ primū i vtero formati ferť:Deinde cerebrū & hepar/tardiſſime vero(vt aliqb⁹ placet)oculos:ſed hos primo mori/cor vero vltimo:ſolū

hoc membrū vitijs nō maceratur: nec ſuppliciavitæ abſtinet: ſed leſum notabiliter illico mortē affert: & cæteris corruptis vitalitas in eo durat: & propter hoc non Decolatur animal: In cuius corde reperiatur nocumē-tum ſicut eſt in alijs particulis.

¶ Animalia enim quibus cor paruū eſt/audatia ſunt: pauida vero ſunt: quibus eſt pergrande/ut proportione Muribus/Lepori/Aſino/Ceruo: & omnibus timidis/aut propter metū maleficis: magnū tamē cor multo ſpi-ritu pollens/audaciores cæteris reddit.

¶ Hirto corde naſci quoſdā homines fertur: & hi ſunt alijs audaciores fortioreſq; ut in exēplo eſt Ariſtomenes Meſſanius qui. ccc. occidit Lace-dęmonios: & ipſe cum uulneratus captuſq;/tandem per vulpium cauernā fugiens euaſit: iteręq; captus/audax aufugit: tertio laqueis aprehenſus/La-cedęmonij pectus diſſecuere cauſa virilitatem eius videndi/hirſutūq; cor eius repertū eſt. Cor itē eſt omnibus animalibus ſeptūtranſuerſum & ſan-guinem habentibus teſte Ariſt. ij. De hyſto. c. xv. in aliquibus tamen prę-ſua exiguitate cerni nequit.

¶ Situs cordis in medio pectoris eſt intra pulmonem/homini tantū cum ſuà ima parte ad leuam papillam Declinat/ne obuiet oſſibus pectoris/nō carinatis vt in brutis: ſed in latum compreſſis.

¶ Figuram habet pyramidalem/gibbā tamen/non talem principaliter: quia ſit calidū ignis ſequens formā: ſed quia eſt/ mixtū perfectū animatū poſſidet formā operi ſuo competentem.

¶ Sua ſumma pars qua ſuperiora petit & dorſo alligatur lata eſt/& hęc pars eſt nobilior partiū cordis/quia mediantibus Duobus orificijs arteria-rum ſiniſtri lateris ab iſta parte venientibus cōſeruatur uita animali: Ima vero in acutū ſe colligit/exitq; pene in mucronē: & ī anteriora eſt eminēs.

¶ Sua pars etiā gibba ſuperiora pectoris ſpectat: & eſt talis formę: ut ſua fabricatio ſuperior & inferior ſit bona: & non ſit in ea ſuperfluitas / apta impedire ſuū continuū motū/& ut in eius cuſpide ſit aggregatū ad pun-ctum unū/ut illud q; leditur tactu oſſium/ſit minus partiū eius/vt mino-rem ſuſcipiat leſionem.

¶ Sua ſubſtantia/eſt ex carne ſimplici/ubiq; ſolida/habet autē ſui mucro nis & partē eius ſiniſtrā ſpiſſioris carnis/ut ſpiritū ibidē locatū cōſeruet: & vt ſua grauitate equipolleat ponderoſitati ſanguinis in dextro vētricule cōtenti/cuius parietes ſunt leuiores ſiniſtri ventriculi.

¶ In ſuis cauis/ſunt ligamenta plurima alba/carunculis/ multis ibidem exiſtentibus: & pelliculis ſiue oſtiolis venæ chilis: & arterioſæ venæ al-ligata.

¶ Cor etiam ſubtili firmaq; inuoluitur membrana cū pinguedine qua-

dam/quæ ipſius ſubſtantiam & calorem conſeruant corroborantq; & exſicati ipſum perhibent.

¶ In ſummo eius vbi Dorſo heret/ſunt duæ pelliculæ/rugoſæ & concauę Dictæ auriculares/quæ ſunt domicilijs ſeu ventriculis eius/Dextro.ſ. & ſiniſtro vnitæ/eius ſpiritum & ſanguinem ſuperfluentem tanq; bonus oeconomus accipientes & cõſeruantes/& poſtea in neceſſitatibus reddentes.

¶ Iſtas auriculas ordinauit natura/ut ſanguinẽ & ſpiritũ interdum in corde ſuperfluentem ſuſciperent ſupplẽtes uices magnitudinis cordis/per quã occupaſſet alioq; membroq; ſibi vicinium loca.

¶ Sua etiã magnitudine fuiſſet graue motui ineptũ: & ſæpe etiã ſi eſſet magnũ valde: propter ſpiritus & ſanguinis penuriam eſſet vacuũ: & cõſequenter Debile/ut eſt in timidis animalibus magnum habentibus cor.ſ. proportione ſanguine & ſpiritu vacuum.

¶ Eius radices ſũmo ipſius ſunt alligatę/quę ſolidę ſunt ac durę & quaſi cartilagineę/vt ſuper his ſit agilis ſuus cõtinuus motus.

¶ In corde etiã ſũt inuli multiformes: & Diuerſimode locati/ut cõtinuos & fortes ſuſtineat motus: qui ſunt naturales: & non voluntarij: & ideo in eo nõ eſt lacertus aliquis.

¶ In ſumma parte eius p exterius/eſt vna vena a chili orta/oblique verſus mucronẽ vndequaq; ad minima ſe ramificans/quę ipſum nutrit.

¶ Ibidẽ etiã ſunt Duæ pulſantes venæ/ortæ ab aorta p exterius diſcurrẽtes/una ẽ eodẽ ſitu quo eſt nõ pulſans prędicta/quę ipſum viuificat: Alia in ſinu Dextro ſpargitur: & ei virtutẽ vitalẽ affert: ſanguinẽ etiã ibidẽ cõtinue intrantẽ eõcoquit & viuificat: & iſta mediante/p chilim hepar i ſui gibbo euentatur: & vitalitatẽ propriã conſeruat.

¶ Sinũ triplicem ſeu cauũ alias domiciliũ vel ventriculũ poſſidet: dexter eſt ſiniſtro maior: & ſiniſter vſq; ad extremitatẽ ſuæ cuſpidis peruenit. Dexter autẽ ſub illo modicũ finitur loco.

¶ Inter iſtos/eſt paries denſus & ſpiſſus/a Gal. Dyafragma Dictus: i quo ſunt foramina plura parua/a dextro ſinu i ſiniſtrũ tendẽtia/latiora a quo/q̃ ad quẽ: iſta foramina Dilatantur dum abbreuiatur & aperit cor: & conſtringuntur dum elongatur & conſtringitur/hinc ſanguis ſubtiliat⁹ & prę paratus a Dextro in ſiniſtrũ meat/vbi in ſpiritũ vitalẽ cõplete mutatur.

¶ Hæc orificia/a medicis habentur pro ſinu medio: iſtũ ſinũ teſte Auic. Gal. vocat foueã & meatũ: & non ventrẽ/vt ſit receptaculum nutrimẽti quo nutritur cor: quod nutrimentum eſt ſpiſſum forte ſimile ſubſtantiæ ipſius: & eſt minera ſpiritus generati in ipſo a ſanguine ſubtili: & ſuddit q̃ temperatior ſanguis eſt in medio ventre.

¶ Dexter vero sinus/in ei⁹ sūmo duas hēt venas/vna q̄ q̄ cul⁹ tunica sim/plex ē/est cęteris venis maior/a iecinore veniēs chilis/& cōcaua:& audax ascendēs dicta,& hęc p grādis ē:qa oīb⁹ alijs venis ītra cor & ex̄ sanguinē tribuit:ab eis nihil suscipiēs:& iō pl⁹ de sāguie ī cor ducit q̄ reducat. Est ēt pgrādis:vt pluries multū fluentē & refluentē cōtineat sanguinē:& vt eū b⁹ui spatio cordi afferat:vt cōcoqui possit cōmodius ab eo.

¶ Hic sanguis sic coctus tripartitur/vna pars ex subtili bilioso minor cæ/teris ad pulmonem nutriendum vadit.

¶ Altera prædicto maior & subtilior per dyafragmatis foramina ad sini/strum vbi spirituatur sinum tendit.

¶ Reliquū vero eius/nō sic subtilis:& qđ ēt lōge plus cęteris ē/pluries in dextro sinu ingressum & egressum:vt integre coquatur/& viralitatē susci piat p eandē chilim ad oēs animalis pārticulas transit:& eas nutrit.

¶ Auicēna tñ ponit quartā partē in ventre medio/quā dicit esse tempe/ratā/sed hęc est oculis meis incognita/forte q̄ in pariete medio cordis pe netrat sanguis eū nutiens:sed transit in substantiā nutriti/quia ibi non est sanguis extra venas iudicio meo/nisi in ventre dextro & sinistro.

¶ Huius venę sūmū orificiū/cordi terminatur/ dū cor dilatatur/& trahit sanguinē apitur:& dū cōstringitur eū expellendo claudit:sed nō integre/ quia pro parte remanet apertū. Ideo semp in eo tāq̄ thesaurū & caloris minerā natura retinet aliquā feruentis sanguinis portionē/qui denuo ad/uenientē sanguinē in sui naturam mutat ei se vniendo.

¶ Et hoc orificiū aperitur & clauditur a tribus pelliculis nerueis seu liga mentalibus/quaꝝ color est alb⁹ ad parietes p̄dicti sinus pligamenta alba & solida/suis extremitatibus superioribus alligatis.

¶ Istę pelliculę ostiola noīata/apiunt ad ītra sinū integre/ce dētes sangui ni intranti:& clauduntur ad extra/nō integre tñ. Et istę pelliculę solidę & durę sūt:parit & pelliculę arterioſę venę ne ī magnis & cōtinuis cordis mo rib⁹ eis aduēiat disruptio:qa alligāt ī suo sūmo ligamētis eas cōtinue exte

¶ Pelliculę vero Aortę arterię/& venę arterialis/sunt istis mi. (dētib⁹, nus durę/qa p ligamēta aliq̄ nō extēdunt:& iō disruptiōis timore carēt.

¶ Alia vena ad pulmonē vadit/ hui⁹ nomē ē vena nō pulsans/siue qeta. Dī ēt vena arterial':& dicta ē vena/qa portat sāguinē ad pulmonē nutriē dū:& dicta ē Arterial'/qa duas possidet tunicas/vt sit fortis & cōpacta pp sāguinē bilioſū & subtilē in ea manātē:& ne rūpat pp ei⁹ cōtinuū motū:in cuius orificio sūt tres pelliculę/siue ostiola/intra sinū se integre claudētes: & extra se apiendo/exeunti sanguini cedētes:in dilatatione cordis clau/dunt integre/ne sanguis ad pulmonē regurgitet:in cōstrictiōe vero ape/riuntur:& hęrēt parietib⁹ venę/nec alibi vt primę p ligamēta sūt vnitę,

¶ Harꝝ ſubꝫ ē pānicularis: Sua figura ē ſiliꝫ vacuitati q̄ eſt in lfa. C. ideo vocātur oſtiola. C. formia. Habent ēt illā formā circularē quā hēt vnguis humanus/quæ pelliculę cū ſua parte circulari alligātur corpori venę.

¶ Siniſter vero ſinus alijs nobilior (qa ei primo famulant Dexter & medius: & ēt pp cōtentū ſpm̄ alijs p̄ualet) in eius ſūmo duas hēt venas: vnā magna chili p̄dicta nō multo minorē: quæ eſt velut ſtipes ad totū corpus Diſtributa/& hęc eſt pulſans: & bitunicalis/cuius ſpiſſitudo teſte Eroſilo/ē ſexcupla ad venā: & hęc Dr̄ arteria aorta/& magna: cui⁹ tunica īterior Durior ē exteriori: qa obuiat pcuſſiōi & ſubſtātię ſpūs/cui⁹ intēdit cuſtodia.

¶ Iſta ad totū aīalis corpus vitalē ſpūm Ducit: & illud in vita conſeruat.

¶ Per iſtā enī arteriā dicebat Gal. oīa mēbra pulmone excepto/inſpirāt & expirāt/ne eorꝝ vitalitas ſuffocet: venę aūt/velut repoſitaria cibi ſunt/ Dyaſtolari neqꝫ ſyſtolari indigentes: & ideò earꝝ corpus/eſt ſubtile/poroſum & lene. Pulmo aūt inſpirat & expirat pp motū cordis & pectoris.

¶ Hæc Arteria ſeu Rami ſui raro ſūt ſine chili ſibi ſocia: & Aorta aſcēdēdo parꝝ ſupra cor bipartit/vna pars obliquat īferi⁹ & deſcēdit/q̄ in pectore & i imo vētre vſq; ad pedes a ſe multas emittit fibras: & eorꝝ mēbra viuificat. Sub iſto Ramo inferi⁹ obliquato/aſcēdūt a ſiniſtris neruis vocis/q dicūtur reuerſiui: & hic locus Dr̄ flexor & girgilius/de quo alibi dicet.

¶ Altera pars aſcēdēdo circa pulmonis ptē & glādulā timū/ſummū pectoris/brachia/collum & caput/ac eorꝝ partes vitalitat & ſpiritu replet.

¶ Et ſemp illę arterię/quæ ſunt alligatę venis/p multos poros ſiue fibras paruas inuicē vniunt ſeu coaſtomant: & vena imbibit arteriā: & econtra. Arteria Venā: & a Vena in arteriā trāſit ſanguis: qui ibidē ſpirituoſatur in neceſſitatib⁹: & ab arteria in venam trāſit ſpūs vitalis cōcoquēs ſanguinē ei⁹: & ip̄m cōſeruās in ſua virtute: Tunicę ēt earꝝ nutriūtur & viuificātur ab earꝝ cōtento: & hæc arteria ſupra cor eſt minor q̄ infra teſte Gal. xvi. de vtil. c. xi. & facta eſt talis: quia a corde infra ſunt plures animaliū particulę q̄ ſupra ip̄m: & tanto eſt maior hæc arteria deſcendēs aſcendente p dorſum/quanto & multitudo inferiorꝝ particularꝝ excedit ſuperiores/& in hoc cognoſcitur nō parua naturæ iuſtitia: venas chilis deſcendens debet etiā eſſe maior aſcendente propter eandem cauſam.

¶ In huius pulſantis venæ orificio ꝙ auritium dicitur: ſunt etiā tria oſtiola. C. formia/eo tempore & eodē modo ſe aperientia & claudentia/quo aperitur & clauditur vena arterialis.

¶ Alia eſt in iſto vētriculo vena nō pulſans/ſed quieta/arteria venalis Dicta: & Dicta eſt arteria/quia portat & reportat ſpm̄ ſine aerē ad cor: & a corde ad pulmonē/a quo extra pectus mittit: & Dr̄ vena/qa ſimplicē tunicā poſſidet/in huius orificio ſunt tantū Duæ pelliculę/ſeu oſtiola: eiſdem

modis alligatę:& incōpletę:ac se aperientes & claudentes in cordis Dilatatione & cōstrictione:qbus faciunt ostiola in orificio venę chilis existentes. Hæc etiam arterialis vena/plus ad cor portat de aere q̄ extra ducat/quia ex sanguine & aere ab ipso introducto/spiritus generat vitalis: qui per Aortam ad omnes animalis particulas transit.

¶ Ex p̄dictis/cordis colligātia:& cōplexio ac ei⁹ iuuamēta patēt. Sua q̄titas est cōspicabilis: Numero est vnū: licet iā sit reptū cor simij hr̄e Duo capita ꝓdigiose tñ: fert ēt in paphlagonia bina pedicibus corda esse. Ei pōt accidere omne genus morbi: illos tamen nō patitur si diu durant.

¶ De Pulmone.

VIso corde occurrit pulmo/flabellū/& vētilabrū/latine dictus/& græce pneumon: Hic.n.est spirādi artifex/& aeris officina: vñ aliter aīa: sicuti cibis corpus/hic circa cor/pectoris cōcauum replet qnq; suis penulis/siue lobis: quaꝝ duę sunt a sinistris:& tres a Dextris magis: ex istis trib⁹/vna est alijs minor/dorso hęrēs quasi in medio/quæ paruas hēt fistulas: sed nullū fere motū:& hæc est culcitra ascendenti chili/& iuxta illā penulā versus superius est etiā certa adenosa caro quæ est simul cū p̄dicto lobo culcitra seu stragulum prædictę venę:& hæc caro est notabilis magnitudinis/& ab auctorib⁹ vocatur Moꝝ & Timū:& a vulgarib⁹ nominatur Animella & laticiniū:& est in cibarijs vsitatis saporosi gustus/maxime illa quæ reperitur in Vitulis & hedis lactantibus.

¶ Pulmonis substātia/mixta ē ex carne rara/leui/leni/& rubea ad albedinē declinās/silis sanguinis coagulatę spumę:& ex trib⁹ vasis seu fistulis/ꝑ oēs ei⁹ ꝑtes irretitis: eodē mō quo i hepate sunt rami venę chilis:& forte: hæc cōpositio/est fauo mellis/& ēt spōgię similis: ideo ē sanguinis:& aeris capax. Est.n.pulmo/ceu quoddā prōptuariū aeris ad cor/ambobus motibus/Dilatationis videlicet & cōstrictionis/famulari aptus.

¶ Sua quidē caro rara est: vt in eo cōtinue multus sit sanguis & aer. Multitudinē sanguinis indicant Duo vasa/in ipso/illum cōtinentia/qnæ in pulmone sunt maiora q̄ in alio mēbro sibi pari/corde ac hepate exceptis/in quibus vasa sanguinē cōtinentia/maiora sunt/non propter se quidē: sed quia omnibus membris spiritum & sanguinem tribuunt.

¶ Hic sanguis/in pulmone est multus/qa ꝑꝑ motū cōtinuū resoluitur ex eo abundans copia/cui multitudo resistit continue/& est subtilis: vt cito ad omnes pulmonis penetret partes: ad eū nutriendū: Et etiam subtilis/vt leuis sit ne grauitate impedit pulmonis motum.

¶ Multitudinē etiam aeris in ipso semper esse indicat animalis longa in aqua absq; suffocatione submersio:& longæ ac continuę vocis & flaminis emissio/ab acceptione noui aeris impediens/aut cū quis eū abhorret ꝑꝑ

fœtorē vel alias causas. Hic tñ aer in submersionibus & in fœtorib⁹ p̄dictis cōseruat in ore & in faucib⁹: adiuuantib⁹ Tonsillis cū suis pelliculis.

¶ Huius aeris cōtinue attracti iuuamentū/est vt ab eo prius alterato cor refrigeret & cōtempet in necessitatibus: & etiā vt euentetur cor ne suffocetur: eius etiā vtilitas/est vt ex ipsius nō modica parte/generentur spūs pro esse & bene esse necessarij: & iuuamentū expulsionis attracti: superfluentis callidi & fumosi/est ad introitum aeris minus callidi/in pulmone prius/ & in membris per quæ meat alterati.

¶ Hic fumosus aer/tāq̄ supfluitas spūs adusta ppulsantē venā: in tracheæ ramis pellitur in cordis cōstrictione: & hinc postea adiuuāte pulmonis fistolatiuo motu/per tracheam: & per nares & os/exit ab animali.

¶ Aer vero ingrediēs ad cor alterationis hēt initium/ in narib⁹: in ore/in faucibus/in trachea/& in Ramis ipsius disperſis in pulmone/pari ordine quo nutriēs ex cibo & potu habet in ore/ in gula/& vētriculo/ac hepate.

¶ Pulmonis enim in aere alteratio/cōparat hepatis alterationi in chilo/ ab hepate. n. ex chilo fit sanguis: qui integrā in corde cōcoctionē suscipit/ a pulmone vero præparatur ex aere spūs/qui vere in corde vitalis fit/hic supiora petens/in mirabili rete/seu in minimis arteriaꝝ ramusculis iuxta cerebrum iterū alteratur: inde cerebri intrans ventres/ integre vere animalis spiritus efficitur/qui lucidus/leuis/& pūrus/est spiritus.

¶ Caro etiam pulmonis leuis est/ne ipsius motū impediat: est etiam lenis: vt eius vasa a ruptura tueatur: & est rubea/clara/ad album declinās/ propter aeris dominium super illud: quo nutritur: & etiam propter eius frigiditatem.

¶ Hanc pulmonis substantiā/velat pāniculus rarus/ex plurib⁹ mēbranis a suis fistulis/& a pāniculis pectoris enascentib⁹: quo mediante sentit.

¶ Pulmonis fistulæ sunt tres: vna ipsarum/sicut & aliæ/semper minuendo / ad omnes eius partes/vsq̄; ad inuoluentem panniculum inclusiue/a faringa seu epyglotti per partem anteriorem colli gulæ vnita descendit: hæc est dura: & semper aperta: ac etiam alijs maior: & est ex plurib⁹ chartilaginib⁹ cōpositā: quaꝝ quælibet vna est iuxta aliam per pānicularia ligamenta vnita: & hæc vocatur trachea: & aspera arteria: & faringa: & bronchium: suæ chartilagines in pulmone integræ sunt: & etiam annulares: in collo vero sunt incomplete: &. C. formes: A sua magnitudine & figura/iudicatur in earum creatu: an vlcera sint: in pulmonis partibus extremis: vel medijs: vel in collo.

¶ Inter has chartilagines/& in tota trachea intra & extra est panniculus mediq̄ substantiæ: perfecte circularis: faucibus & ori alligatus: in quo sunt villi: tracheam elongantes & abbreuiantes: in pulmonis motibus.

¶ Huius panniculi iuuamenta: est etiam has cartilagines tueri ab xetraneorum ingressu: & egressu/est etiam uocis lenitiuus.

¶ Hęc fistula nō sanguinē: vt alię: sed solū aerē ducit: p hāc ēt solā/extranea in pectore cōtenta expurgātur: ingressa ipsam tempore Dilatationis pulmonis per panniculū Rarū ipsum inuoluentē. Ideo fit/ad os/& extra saniei ac alioꝝ extraneoꝝ: non molestato corde expulsio.

¶ Hęc fistula etiā/inter alias/sitū mediū possidet: A Dextris eius est vena quieta/a sinistris vero/vena pulsans. Pulsans tñ i añtiora extra cor īmediate pulmōis substātiā igredit/ne pp ei⁹ motū/qa subtilis est soluat: Nō pulsans vero vena/qa bitunicalis est & valida/nō īmediate pulmonē igredit/sed circūdans prius tracheā/i posteriora tendens pulmonē etiā intrat.

¶ In hoc solo viscere nō sine cā pulsans vena cū nō pulsante substātiā cō mutauit. Nō pulsans. n. vena arterialis Dicta: i alijs mēbris simplex/¸i pulmone bitunicalis ē. primo ne rūpat pp ei⁹ cōtinuū motū/secūdo ut etiam sanguinē subtilē cōtineat/pulmonis carnē: & etiā tracheā cibantem.

¶ Pulsans vero Vena/arteria venalis Dicta/simplicis est tunicæ: in motu agilis/vt breui spacio Dilatationi & cōstrictioni seruiat/hęc aerē ad cor ducit: & educit/in ista est ēt spirituosus sanguis: vt aliqb⁹ placet/ēt pulmonē nutriēs/magis tñ eū vitalitans/sui rami vniunt/seu coastomāt cū ramis trachę: p quos pulmo cordi aerē dat/cor vero nō ingratū/uitā ei & nutritio.

¶ Huius venę rami/adeo angusti sunt: ut p eos nō penetret (nē donat. ad tracheā sanguis: Et ideo aeri sunt puij/& sanguini inuij/q si notabiliter apiant/ab eis ad tracheā fluit sanguis: & forte/ut aliqb⁹ placet/a ramis nō pulsantis venæ/etiā in tracheā fluit sanguis/quo fit sanguis sputum/absq; pectoris venaꝝ solutione: Vena tamē pulsans ad hoc magis apta est.

¶ Vnūquodq; p̄dictoꝝ vasoꝝ/in primo pulmonis ingressu in qnq; Diuidit ramos/p oēs eius partes semp minuēdo: & ramos multiplicādo: Duo sunt in sinistris: & tres a Dextris/quoꝝ minor cęteris/ad paruū lobū/in Dextro magis Dorso hærentē uadit/q vt supra Dixim⁹/stragulū est ascendēti chili.

¶ Pulmonis figura/est bubalinæ vngui similis: Numero aliqui putant q̄ sint duo mēbra in unū vnita: taliter q̄ apparet vnus pulmo cū qnq; lobis: similes in Duas diuisus partes: ut lęsa una: altera firma maneat: i posteriori longior est q̄ ante/septitransuersi sequens situm: Numero est vnus/ipsius quantitas/situs: & colligantia patent: Sua cōplexio est calida/ex parte sui contenti & loci: accidentaliter tamē/ propter flegmata in eo existētia ponitur frigida: sua iuuamēta sunt præparatione & latorie seruire cordi seruit etiā anhelitui & uoci/pariter & loquele: & suus paruus lobus famulat ascendenti chili. Passiones omniū modorum patitur.

¶ De Anatomia aliquaꝝ ptiū colli & venaꝝ pulſantiū & quietaꝝ: ab hepate & a corde aſcēdētiū vſq; ad caput & manꝰ incluſiue.

VISIS ꝑdictis in partiali ſectione: primo occurreret trachea & epyglotis: & etiā gula. Hæc tñ de ꝓſenti nō poſſunt bene videri niſi præponat aliquaꝝ colli: & faciei partiū Anatomia: qbus viſis de ꝑdictis fiet ſermo. Expedito igitur pulmone/ipſius aliquā ſupremā partē carneā pro vidēdo trōcho tracheæ arteriæ reliquū deponēdo ſerua: excepto qnto ipſius lobo/ qui dorſo heret. Serua etiā certā glandulā ſibi propinquā: quæ moꝝ & timū vocatur: vt ſup his videatur ſitus chilis & arteriæ aſcendentis: qbus hæc duo membra ſunt ſtragulū. Cor etiā/& ipſius capſulam/ac pānículū mediaſtinum: & vētriculum ſimul ac ſeptū tranſuerſum ſeruabis: in locis ſuis propter alia de eis inueſtiganda.

¶ Iſtis ſeruatis melioris ordinis gratia primo de collo ſermonem aggredior: & dico collū eſſe mēbrū organicū nobile & valde neceſſariū homini propter mēbra in eo contenta: quod teſte Ariſt. iij. de partibus. c. iij. eſt factum pp tracheam pulmoni ſeruientē & propter gulam.

¶ Sed Gal. viij. de iuuam. c. i. dicit ꝙ eſt principaliter pp pulmonē/ qm̃ carentia collo carent pulmone: vt piſces/ſubdit tamē ꝙ collum eſt via illoꝝ mēbroꝝ quæ deſcendūt ex ſupiori ad inferius: & illoꝝ quæ aſcendunt ex inferiori ad ſupius: quæ deſcēdūt ſunt nerui/gula/aliqui muſculi & nuca: Aſcendentia vero ſunt venę pulſantes & quiete: & nuca cōtinet a ſphondiſi: vt ſit tuta a nocumentis extrinſecis: & illud vacuū ꝙ eſt inter partes venaꝝ & arteriaꝝ impletur p glandulas ibidē exiſtentes: & omnia iſta cuſtodiuntur a cooperto. ijs & ligamentis: deinde omnia teguntur cute: & illud quod cōponitur ex omnibus iſtis eſt collū: quod eſt poſitū propter cānā pulmonis/per quā fit vox & anhelitus/collum etiā in aliquibus animalibus eſt loco manus: quia capiunt cibū ex terra adiuuante collo propter longitudinē ſuoꝝ pedū. Huiuſmodi vero collum nō eſt niſi pp cānā pulmonis: & ipſo mediante ad brachia: & ad palmas/ & ad dyafragma: & ad alia mēbra duce nuca tendunt nerui: & ideo pp originem neruoꝝ fuerunt poſiti ſphondili inter pectus & caput/ex qbus cōponitur collum: hæc Gal. qui tamen non dicit/an trachea aſcendat vel deſcendat: & quāuis dicat gulam deſcendere forte ꝙ etiā ipſa aſcendit/nec ſuus deſcenſus poteſt probari magis quā aſcenſus: neꝙ tracheę: quia manifeſtū non habent ortum/ ſicut venę: & arterię: & ſicut nerui.

¶ Dicamus igitur collum de præſenti ſummi pro illa parte ſup qua ſuſtinetur & vertitur caput/quæ ſeruit ventri ſupremo/medio: & etiā infe-

tiori mediantibus neruis a Cerebro & a Nuca descendentibus: cuius situs est ante a furculis supioribus pectoris: & posterius a supremo sphondili costaꝝ: & a lateribus ab humeris supra vsq; ad os capitis/basilare dictum: & cõmuniter pars ipsius posterior ceruix dicitur: de qua alibi fiet sermo. Anterior vero vocatur collum: & quia hoc membrũ est principaliter propter tracheam/ipsa erit nobilior haꝝ partium/propter cuius nobilitatem anatomia colli est secũ ponenda: & quia trachea est pars pulmonis: qui est de principalioribus partibus ventris medij antedicti. Ideo anatomia Colli de præsenti venit cũ anatomia ventris medij.

¶ Hæc pars trachea nominata/a multis Dicit Guttur/& Faringa: licet faringæ/ſm aliquos sint venæ quæ intumescũt in magnis vocibus: & istæ venæ a Celso granges & fragitides dicuntur: & ab aliquibus sfragitides: & istæ venæ apud Arabes vocantur Guidez: & apopletice/& somni: & ab aliquibus pensiles/& spermatice/& iuueniles/& iugulares/& organice: & a Gal. in libris De vtilitate partium vocantur fagotides/quia sunt iuxta viam cibi: & ab aliquibus carotides siue somni. Celsus tamen solas arterias ibidem existentes vocat carotidas: a caros Dictæ/q; est somnus/quia vt plurimum ſm aliquos/in ramis istaꝝ arteriarum fit oppilatio causam somnum/& etiam apoplexiam.

¶ Et istarum venarum/vtrinq; est vna immediate sub cute/quæ cõmuniter dicitur Guidez manifesta: vtrinq; etiam infra aliquos musculos notabiles colli/est vna vena quæ Dicitur Guidez occulta & profunda: quæ arteriæ carotidæ est socia.

¶ Istis arterijs & venis profundis vtrinq; associatur vnus neruus notabilis magnitudinis/qui Dicitur Descendens/a quibus vtrinq; oriuntur reuersiui/De quibus omnibus parum infra fiet sermo.

¶ Pars etiam anterior colli ab aliquibus Dicitur iugulum: & ab aliquibus gula/licet male: quia gula est via ciboꝝ & potuũ: & iugulum est ea pars quæ est immediate suprà furculas superiores pectoris: Aliqui tamen vocant furculas prędictas iugulum/& clauim/& clidas/& clidia/harum furcularum extremitas versus spatulas dicitur Epomis: altera vero pars versus mediũ pectoris vocatur para: fagis.

¶ Notatis prędictis/occurreret post cutem anatomia musculoꝝ mouentium collum & caput: sed non possumus ipsoꝝ habere inuestigationem integram/nisi destruatur istoꝝ neruoꝝ venarum ac prędictarum arteriarum anatomia. Ideo super his ponatur silentium: remittendo legẽtes ad Gal. ad Auic. & ad alios auctores. Hi enim musculi sunt multi numero & diuersimode locati: & ideo essent cũ diligentia videndi: ad inuestigationem quoꝝ ipsis solis esset vacandũ: quia cũ difficultate anatomizantur:

& propter hoc Gal.xij.De vtil.partium.c.viij.vbi loquitur de istis musculis/Dicebat. Prę exercitari cōgruit Diligenter eū/qui studet certitudinaliter assequi ea quę hic dicūtur. Dicit ēt ibidē/q; solus sermo nō sufficit in anatomia/sed requirit tactus & visus. Et ideo ad p̄dictos auctores sit refugiū/qa soli collo & capiti esset vacandum/in quibus sunt musculi multi/tam circa sphondilos q̄ alibi/qui in cōmuni anatomia videri non possunt.

¶ Capiti enim mediante collo cū suis ossibus & musculis sunt multi motus/quoꝝ aliqui teste Auic.prima primi sunt proprij capiti: & aliqui communes ipsi & q̄dā sphondilis colli/per quos est motus cōpositus ex declinatione capitis & colli simul: & isti motus aut curuant anterius/aut posterius/aut a dextris/aut a sinistris: & iter ipsos est motus cōuersionis/seu circūductionis: & isti musculi sunt multi & magni: quoniā multiformis est eorum positio: & etiā quia magnos & fere continuos habent mot⁹: & ideo Gal.vbi supra Dicebat ipsos vndiq; circūdare caput/quod mouēt ad quācūq; partem volueris illud Declinare: De numero ipsoꝝ est Discordia inter Auic.& aliquos sibi socios contrariantes.

¶ Relicta igitur ipsoꝝ partiali inuestigatione/cutem a lateribꝰ colli scinde/Denudando laterales & anteriores musculos: supra quos immediate sub cute notabis venam Guidez manifestā: quā seruasti illesam/seca deinde illos musculos magnos ab auribꝰ Descendentes oblique vsq; ad furculas superiores versus mediū pectoris/sub quibus vtriq; est vna glādula ad formam quasi amigdalę: quę est replens loca vacua ibidem (inter venas & arterias iuxta inferiorē partem epiglotis) existentia. Et ideo equatrix partium colli dicitur: quas etiam humectat in necessitatibus: Notabis etiam sub istis glandulis vtriq; vnam venam Guidez notabilem: & pariter vnam arteriam sibi sociā/quę Dicuntur occulte/& apopletice: quarum nomina multa superius Dicta sunt.

¶ Iuxta prędictas arterias & venas notabis etiā vtrinq; vnum neruum/plurib⁹ vilis cōpositū: hi nerui vocantur Descendentes: & ab his oriuntur nerui reuersiui/de quib⁹ infra fiet inuestigatio pulchra.

¶ Istos neruos/& ramos arterię p̄dictę: & vtrāq; venā: occultā. s. & manifestā/serua vsq; quo vidisti venas & arterias/a corde & ab hepate ascendentes vsq; ad istū locū: ad quas videndas opator circa regionē gibbi hepatis iterꝝ reuertatur: & ibidem notabit magnū truncū venę chilis ascendentis/quę in suo ascensu primo perforat septūtransuersum: & ibidem vtrinq; plures emittit venulas: quarum Duę/septūtransuersum cibant: alię vero/costas inferiores: & membra sibi vicina nutriunt.

¶ Eius vero pgrādis ramus ascēdēs vsq; ad cor vñq; q; solut⁹/sine arteria sibi socia tēdit: & p istū ramū: hepatis giba pars euentat: & forte viuificat.

¶Hic ramus tripartitur/vnus quoq; alijs satis minor/circa cordis radices ingreditur:& per substantiã ipsius disseminatur:& ipsam nutrit.

¶Alter alijs maior:domicilio cordis dextro vnit:& ei copiosissime sanguinem affert.

¶Ab isto ramo/ꝑm aliquos illa vena/quæ pulmonẽ nutrit:dicta arterialis/trahit ortum:De his tamen venis/aliqua diximus in cordis sectione.

¶Tertius ramus ex ꝑdictis/q; ẽt insignis est/a cordis regiõe ẽt supra ascẽdit/sub quo est certa caro glandosa dicta morũ & timum:& hæc simul cũ quinto pulmonis lobo:qui dorso hęret/vt supra diximus est culcitra prædicto ramo ascendenti vsq; ad supremã pectoris furculã/vbi in duos hæc vena partitur ramos:a dexris & a sinistris transuersę versus spatulas tendentes.Isto ẽt modo magna arteria dicta Aorta ascẽdens/tendit trãsuersaliter versus spatulas:& vt melius videas istas venas/& arterias depone furculas superiores.Caute tamen ne membra sibi vicina soluas.

¶Istis expeditis:ꝑdictas venas & arterias videre debes:notãdo primo:ꝙ harum quælibet in duos partitur ramos:vnus quoq; tã venæ q̃ arteriæ vtriq; per collum versus caput ascendit/a quibus oriuntur omnes venæ colli guidez dictæ:quas seruabis postea melius videndas.

¶Alter Ramus/etiã vtriq;/in quinq; diuiditur partes/vnus eoq; nutrit supiores costas/& vnus spatulaq; locũ/& vnus musculos submersos colli:& vnus penetrat in sphondilis colli superioribus/& inde ad caput trãsit:& istos cõcomitantur rami pulsantis venę.

¶Alter ramus/oĩbus ꝑdictis gnq; maior/ad asellã tendit:& hic in quatuor partit ramos/eoq; vnus/in musculis supra pectus locatis qui spatulas mouẽt spargit:& vnus ingredit ĩ carne laxã:& incertis pãniculis asellaq;/& vnus trãsit a supremo pectoris circa mamillas descẽdẽdo versus abdomen:& hic ꝑm aliquos nutrit ipsas:& pro pte eis portat materiã lactis:& hic in abdñe cõpulat (vt alibi diximus) cũ vena ascẽdẽte ab inguinibus/& a matrice ad mamillas:& de isto ramo Gal.xiiij.de vtil.c.viij.loquit:dicens ꝙ a torace tẽdũt venę ad hypocõdria & ad totũ epygastrũ:& copulantur venis/quæ ab inferioribꝰ ferũtur ad matricẽ colligãtia hñtes:vt qñ in matricibꝰ augetur aĩal:illi irrigent nutrimentũ:quo nato rursus mamillas inflant/qua propter nõ cõtingit mẽstrua fieri bene & lactare simul.

¶Alter vero ramus/ꝑdictis maior in tres vtriq; partit ramos:vnꝰ tẽdit ad musculos q sũt ĩ spatulis:& vnꝰ ad musculos asellaq;:alter vero ꝑdictis maior:rẽdit ꝑ ptẽ domesticã versus adiutoriũ:& hic/ad puã manũ vadit/hic ramꝰ vocat asellaris/& basilica/q flobotomatꝰ/in pectoris morbis cõfert/pp suã colligãtiã ꝓpinq; ad veras costas/& ad totũ pectus:hæc ẽt vena Dĩ a vulgaribus/vena epatis/quia est ipsi propinquior q̃ cefalica.

¶Ex primis vero ramis/quos Dixi te ſeruare/a gb⁹ fiũt guidez: vtrinq; vnus aſcendit: & anteq̃ multũ aſcendãt/in duas vtrinq; diuiduntur partes: vna earũ vocatur guidez manifeſta: quæ eſt prope cutim: videri apta De facili/quę in viuo intumeſcit in forti voce/altera vero ga eſt infra aliquos muſculos/vocatur guidez profunda & ſubmerſa.

¶Et guidez quidẽ manifeſta illico cũ ſupra furculã aſcendit: vtrinq; diuiditur in duas partes/quarũ vna aſcendit/alia vero circa furculã inuoluitur/a qua plurimi rami enaſcuntur/partes ſibi vicinas nutrientes & iſtorum ramorũ aliqui iterũ aſcendunt: & cũ prædicto primo ramo guidez manifeſte iterũ vniuntur/ſed anteq̃ vniantur: unus ram⁹ notabilis ad ſpatulã tendit: & per exterius ſub cute adiutorij/vſq; ad paruã manũ terminatur: & hæc ſpatularis/humeralis: & cefalica vocarur/quia capite Ducit propter colligantiã proximã/quã habet cũ ſua guidez: quę caput nutrit: de iſta tamen vena cephalica: & etiã de baſilica: & De arteria ſibi ſocia/dicetur latius in anatomia particulari magnæ & paruę manus.

¶Et guidez manifeſta prædicta/ vtrinq; notabilis: eſt immediate ſub cuti ſupra muſculos colli/quę cũ ſuis ramis nutrit mandibulã ſuperiorẽ: & inferiorẽ: & linguã/& caput/p exterius circa aures aſcendendo.

¶Et aliqui volunt q; iſti rami guidez manifeſte qui ſunt circa aures nominentur venę ſpermaticę / quia Dicunt ab ipſis venire ſperma a cerebro & iſti ſunt moti a dictis Hyp. in libello de aere & aqua: q Dicebat quibuſcũq; venę De poſt auriculas ſcinduntur eis/vltra prorſus ab omni generatione orbantur/ſunt tamẽ aliqui qui putant tales venas eſſe ex ramis guidez profundæ/ qui nutriunt muſculos inter primũ & ſecundũ ſphondiſũ colli exiſtentes/& aliqui qui Dicunt Hyp. intelligere p venas ipſas arterias/quia ſunt magis apte ad bonũ ſperma q̃ venę/ibidẽ tamen Hyp. Dicit ſperma etiã venire a toto: & Auic. xx. tertij cap. iij. Dicit quod Gal. neſciuit an inciſio harum venarũ faciat incurrere ſterilitatem an nõ: Dicit tamen/mihi vero videtur q; nõ opportet vt ſit ſperma ex cerebro ſolo/quãuis eius fomentũ ſit ex cerebro/per bonã tamen anatomiã vaſorũ ſpermaticorũ ellicitur quod harũ venarum poſt aures inciſio nõn facit ſteriles / propter ſperma per ipſas Deſcendens : poſſunt tamen iſte venę inciſe Debilitare cerebrũ taliter q; Debite nõ trãſmittet ſpiritũ animalẽ pro cõceptione: & hoc magis poſſunt facere guidez profunde q̃ manifeſte & Arterię magis hoc poſſunt q̃ venę / quia ſunt ſpiritus latores/vtrũq; tamen eſt poſſibile.

¶Guidez vero profunda/vtrinq; iuxta meri ſiue gulam/aſcendit infra muſculos prædictos/quos ſecaſti: & in ſuo aſcenſu emittit Ramos gulã & muſculos faringe nutrientes. Nutriunt etiã muſculos exiſtentes inter

primũ & ſecundũ ſphondiliũ colli: a qbus oriuntur ſm aliquos nerꝙ ſpermaticꝙ ab Hyp. recitatæ/quæ ſunt poſt aures/De quibus adhuc ſub indicelis eſt. Nutriunt etiam pericraneũ: per ipſum aſcendendo ab imo vſq; ad ſummũ capitis: & ibi perforando craneũ/Deſcendunt in dura & pia matre, eis portando nutrimentum.

¶ Ex prędicta etiã vena profunda/oritur ramus vnus/vtringꝙ os baſilare perforans in directo comiſſure lamde: & ſuſtentatus a dura matre aſcẽdit vſq; ad capitis ſummũ: & ab iſto ibidẽ/multi exeunt rami p poros craneꝰ qui etiã nutriunt pericraneũ/ex prędictis tñ ramis aſcẽdẽtib⁹ intra craneũ cũ dura matre/maior pars trãſit in pia matre: Cũ qb⁹ etiã tranſeunt alĩq rami guidez manifeſte prædictæ/a ſumitate capitis ab extra ad intra craneũ penetrantes: & ab hinc trãſeũt in ſubſtãtiã cerebri & ipſam nutriũt.

¶ Ex prædictis etiã ramis/aliqui in directo eõmiſſure ſagittalis & lamdę ingrediuntur Duram matrem ibidem Duplicatam: & hic locus eſt tanꝙ torcular/a quo ex prædictis venis exprimitur ſanguis in certũ locũ amplum ibi prope verſus exterius exiſtentẽ/qui platea: fouea: palmentũ & lacuna dicitur/circa q̃ plateam/ſunt certæ uenæ/ſanguinem in ipſam expreſſum ſuggentes/quæ cerebri centrũ/ex eodem nutriunt: & iſtæ venę omnes intra craneũ ſimul cũ arterijs/ſunt illę ex quibus fit recte dictum ſecundinum: & aliter vocatur pia mater.

¶ Arteriæ vero prædictę/carotides nuncupatæ/in collo exiſtentes: prope venas guidez & neruos Deſcendentẽs: utringꝙ a lateribus colli aſcendendo/cum aliquibus ramis ante & etiã retro diſperſe tendunt: & ad linguam & ad mandibulas ſuperiores: & inferiores: & in tota facie: & in occipitio: & aliquæ notabiles circa aures in temporibus: cũ ſuis ramis ad cacumen capitis tendunt: & aliquæ etiam ad muſculos tendentes circa iunctură cõmunẽ collo & capiti diſſeminatur/ubi eſt magnũ foramen/a quo exit ſpinalis medulla: ab iſtis forte ramis Hyp. Dicebat ſperma deſcẽdere a cerebro/quia ãtiqui uocabãt etiã arterias venas: & ideo Dicebat. Auic. xx. tertij: has venas cõtinuari nuche: ut nõ ellongentur a cerebro: in quibus eſt ſanguis leuis lacteus/qui primo uadit ad renes: Deinde poſt ea ad venas ad teſticulos tendentes: & harum arteriarꝙ vnus notabilis ramus/vtringꝙ perforat os baſilare verſus anterius & vnitur piæ matri/vitalitando cerebrũ: & portando ſpiritũ ad ventriculos ipſius.

¶ Ex iſto ramo vtringꝙ aſcenſo immediate ſupra hoc os baſilare ſm me dicinę cardines/fit rete mirabile: quod eſt ſm ipſos notabilis magnitudinis. ſ. quod eſt ante/retro: & a lateribus.

¶ Et prædictę venæ cerebrũ nutrientes in ſuo aſcenſu/Debent ſuſtentari ab aliquo corpore ſolido/ſicut eſt pericraneũ/& dura mater/quia

per se non possent ascendere/propter ipsarum simplicē & mollē tunicā: & sanguis in eis est magis aptus descendere q̄ ascendere/ quia grauis est. Arteriæ vero/non appodiantur alicui corpori solido/sed per se stantes/ ascendunt ad intra craneū/quia bitunicales sunt & durę.

¶ Et non fuit necesse eas ascendere:& postea vertere sua capita inferius sicut venæ/quia suus sanguis leuis est: & ascensui aptus magis q̄ descensui.

¶ Istarū tamen venarū & etiam arteriarū aliquarum ramos melius videbis in Anatomia membrorū subsequentium.

¶ Venarū substantia & arteriarū alibi dicta est/sua complexio ex earū compositione iudicatur/figura sua est nota/colligantur toti corpori:sua magnitudo est etiā nota/sunt maiores in uno corpore q̄ in alio. Situs tamē multarū earū sæpe variatur:Numero sunt imperceptibiles:ga multæ earū occultæ sunt:Sua iuuamenta sunt cibare omnia mēbra/passiones etiā omniū modorū patiuntur. Sępe tamen ipsis accidit coartatoria opilatio:a plectoria sanguinis causata/quę si fiat in ramis venarum guidez: semp sequitur somni profunditas/Apoplesia/& suffocatio extrema.

¶ Ista vena guidéz interdum flobotomatur:Raro tamen in regione & ętate nostra/sua incisio confert lepre nō cōfirmatæ:& in forti squinātia/ in acuto asmate:in cōstrictione anhelitus: in raucedine uocis ex superabundanti sangninis in pulmonis apostemate:euacuationis & diuersionis gratia pro antecedente causa in principio & augmento:hæc tamē incisio venārū guidez est fienda a docta manu/ cū flebotomo habente aliquod obstaculū prope cuspidē/ ne profundentur omnia latera venæ:quia he venę sunt labentes in tactu earū/ quia non sunt annexe carni sicut aliæ multæ:tum etiā ppter glādulas molles & lubricas sub eis existentes:tum etiā ne flebotomus pungat neruū vel alia mēbra:ibidem locata.

¶ Modus autē flebotomandi has venas talis est.ſ.patientis primo strīngatur venter inferior inter ilia & hypocundria:cum zona decenter strīngente:teneat etiam os suū clausum in expellendo aerē a pectore: deinde patiēs declinet caput ad partē cōtrariā partis flebotomādę/ga sic faciēdo intumescit vena:ut corda extēsa:& cū instrumēto apto tenēdo venā firmā cum manu vel alio ingenio/debet pforari vena in loco eminentiori: Auctores laudāt sectionē talē fieri debere fm latū: ego tamen facerem fm obliquum/& quantitas sanguinis non sit superflua/ neq; fiat secundario: Et operator habeat se cum pulueres sanguinis constrictiuos/sicut bolum armenum:sanguinē draconis:pilos leporis/mumiā/cortices Thuris: Aloes & similia:& inter omnia habeat Vitreolū seu colcotar/fuligo etiam laudatur & fabe cōbuste & carta combusta/coria:& his similia/sup

posito semper oui albumine bene contuso/ & decenti ligatura / & patiente iacente capite eleuato/per octo dies cum leui somno & Decēti Dieta/prout videbitur Medico legitimo.

¶ De Anatomia Neuorū Descendentiū & reuersiuorū.

EXpedita Anatomia venarum ascendentiū ab hepate supra: in qua etiam multa dicta sunt de arterijs ascendentibus: ad neruos Descendentes a quib⁹ oriuntur reuersiui redeo: & dico / q̄ in partibus lateralibus colli parū sub auribus/inter/seu sub aliquibus musculis: sunt venæ & arteriæ notabiles: vt supra patuit/quibus vtrinq; hęret vn⁹ notabilis neruus Descendens uocatus. Hos neruos antiqui vocabāt apoplecticos & male/quia non cognoscebant ipsorū operatiōes: teste Gal. in lib. de voce & anhelitu: & hi nerui a sexto pari neruorū cerebri principaliter: & etiam a tertio oriuntur: & Descendunt perpendiculariter / quia taliter Debent mouere membra.

¶ Hi nerui sunt cōpositi ex multis ramis/quorū aliqui teste Gal. Descēdendo Dissēminantur ad cor/ad eius capsulam/ad mediastinū: & etiam ad pectus in radicibus costarū: & quidā satis notabiles/ad os ventriculi: & ad Dyafragma: & aliqui minores ad epar/ad splenen/ad renes: & ad alia membra sensibilia ventriū inferiorū/ad quæ etiā vadūt aliqui nerui oblique Descendentes a nucha/& ab istis neruis descendentibus/ aliqui notabiles rami/superius iterū reflectuntur/q̄ reuersiui & retro redeuntes vocantur/qui cōiter Dñr nerui vocis: & tendūt versus epiglottim/ sc alligando certis musculis ipsi⁹/quorū capita sunt ad inferiora corpis sita.

¶ De prædictis etiā neruis Descendētibus: exceptis istis reuersiuis: alij rami Descendendo vadunt etiā ad aliquos epiglottis musculos quorū capita sunt versus superius versa: & reuersiui vt aliquibus placet. Cum suis musculis claudunt cartilaginem cymbalarē & Glotidā: sed musculi neruorū Descendentiū mouent alias cartilagines & etiā cymbalarē apiūt. A septimo etiā pari & a nuca veniūt nerui ad musculos epiglottis: teste Gal. qui oblique eam mouent.

¶ Isti nerui sunt Duo/vnus Dexter/alter siniſter/ sunt tamen in plures villos seu ramos diuisi: ut patet propter mēbra multa ad quæ vadunt. Sua quātitas & color patet/sua cōplexio & substantia est qualis aliorum neruorū. Reuersiui tñ sunt sicciores & duriores/q̄ hñt sufferre notabiles & quasi cōtinuos motus/maxime quādo claudunt epiglottim / ad quam clausuram requiritur fortior motus q̄ ad apertionē eius/ q̄ plures sunt musculi aperientes q̄ claudentes ipsam: motus etiam cordis/ pulmonis & pectoris aperit ipsam: & ideo vt tales nerui sint fortes/natura elōgauit eos/a cerebro humido/a quo quanto plus Distant / tanto sunt sicciores:

& transeunt prope cor circa arteriã / vbi forte propter ipsius calorem acquirunt siccitatem & duritiem: & sunt reflexi ad superius: ut trahendo inferius claudant epyglottim / qui quando relaxantur adiuuantibus alijs multis musculis aperitur epyglottis.

¶ Situs ipsorum est a lateribus colli Descendendo ad prædicta membra Sed nerui qui vocantur Reuersiui in parte sinistra incipiunt reuerti ad superius / cũ obuiant magnæ arteriæ Aortę in loco paꝝ supra cor / vbi primo talis Arteria bifurcatur: & incipit reflecti per pectus ad membra inferiora / circa quẽ magnũ ramũ Descendentem / fit motus attractionis & relaxationis taliũ neruoꝝ: & ista bifurcatio arteriæ est istis neruis sicut Rota / super qua cũ corda hauritur aqua a puteo: & hic locus tam a sinistris q̃ a Dextris / circa quẽ mouẽtur seu cui appodiãtur in suo motu tales nerui reuersiui / a Gal. vocatur Dyablũ / & flexor. Vocat etiã ab aliqbus Girgilus & Bachã: & Gal. viij. De iuuamẽ. cap. ij. assimilat istã neruorum reuersionẽ illis qui cũ equis in campo reuertuntur ad viã a qua venerunt prius: & Dicit ꝙ est quasi reuersio rei supra Rotã paruã: & . vij. De vtilitate cap. xiiij. Dicit / ꝙ ipse primus omniũ inuenit istos neruos taliter sitos: & suos musculos capita eoꝝ ad inferiora habentes.

¶ Inquit etiã ꝙ reuersio istoꝝ neruoꝝ monstrat neruos oriri a cerebro & nõ a corde: ut putabat Arist. quia si nerui orirentur a corde isti reuersiui venirent ab ipso: & non a cerebro: vt sensui patet.

¶ Et istis neruis reuersiuis partis Dextrę / natura fecit etiã Girgilum: seu Rotã illã quã fecit in parte sinistra / de vno satis notabili Ramo arteriæ ascendentis / obliquate versus asellã Dextrã / circa furculã pectoris supiorẽ dextrę partis / quę arteria vadit ad brachiũ dextrũ / cui ramo adiũxit alias pelliculas ibidẽ existẽtes vt sit fortis / qa hic ram⁹ nõ est eque magn⁹ sicut est ille circa quẽ reflectuntur nerui reuersiui sinistri lateris antedicti.

¶ Et sub isto ramo Dextræ partis a pelliculis prędictis fortificato ascẽdunt per collũ nerui reuersiui Dextri: & tã Dextri q̃ sinistri: ascendendo implantãtur cũ pluribus ramis ad musculos epyglottis: ut sensui patet / quibus mediãtibus voluntarie mouẽt epyglottim seu laringã / sicut equitans mediante freno & habenis: quãdo vult / mouet equum.

¶ Iuuamẽta neruoꝝ prędictoꝝ Descendentiũ / sunt dare sensum: & ꝑm aliquos aliquẽ motũ mẽbris / ad quæ vadunt in suo Descensu / De qbus supradictũ est / & iuuamenta reuersiuoꝝ sunt pro Danda voce / ideo vocantur nerui vocis. Passiones omniũ modoꝝ patiuntur tã Descendentes q̃ Reuersiui: & si ipsoꝝ cõplexio notabiliter mutetur: vt interdũ contingit in eoꝝ detectione gratia vlceris / maxime Descendentiũ: & forte reuersiuorũ: amittitur vox & alię suæ operationes: si nõ ab latę: saltẽ Diminutę:

& si soli reuersiui incidantur integre vtring; amittitur vox & loquela: si vero in vno latere solo: medietas harū operatoinū leditur: sed si incidā tur Descendentes/quoꝝ Reuersiui sunt partes: fm aliquos: ledentur ille quinq; operationes: De quibus meminit Gal. iiij. interioꝝ. c. xvi. ſ. exitus aeris a pectore cum anhelitu: & flamen sine ictu seu strepitu: & flamen cum strepitu: & vox: & loquela. Volunt tamen aliqui: q; ad incisionem Descendentium amittatur sola vox & flamē cū ictu. De istis tamē neruis vide cōmentaria nostra.

¶ His visis/Dimitte neruos Reuersiuos in loco suo in collo: vt per ipsos melius videas musculos epyglottis: quibus alligantur. Dimitte etiā ventriculi partē superiorē: & totā gulam siue meri: & partē illam pulmonis superiorem quā seruasti pro trachea videnda. Dimitte etiā talē partem venarū & arteriaꝝ ad brachia & ad caput tendentiū/vt ipsarum possis loco suo videre anatomiā. Cor vero: & alia mēbra inferioris & medij ventris quæ prius fuere visa & seruata pro venis/arterijs & neruis antedictis videndis: abijcias: & anteq; vlterius procedatur in prȩsenti ordine Anatomiæ sunt aliqua Dicenda De facie: & De aliquibus partibus eius: Deinde ad epyglottim & ad gulam Deueniendum.

¶ De Facie.

FAcies a Romanis/a Græcis prosopon Dicta/quæ est soli homini/ est pars anterior capitis omnibus nota. Hæc pars veniret magis Anatomizāda cū ventre supremo quā cū medio/sed per accidens De ipsa in præsentiaꝝ fit sermo: quia in cōmuni anatomia/gula & meri/ nō possunt inuestigari: nisi prius De partibus aliquibus faciei fiat mētio: & Dicitur facies quasi faciens hominem. Per ipsam enim fit vniuscuiusq; personæ cognitio: & Distinctio.

¶ Hæc prasfacies Dicta/vocatur etiā vultus a voluendo: & a volendo Dictus/quia per ipsam cognoscūtur animi affectus/in qnibus ipsius mutatur color/vel propter verecundiā/vel propter aliqd crimē cōmissum: vel propter timorē/vel ęgritudinē. Sunt tamen aliqui: quibus Vultus raro mutatur: & hi appellantur vultuosi.

¶ Mutat ēt vult⁹ De ętate in ętatē: & Differt facies a vultu in hoc: q; facies stat semp eadē: & vultus mutat/licet ętate facies muret colorē: & quātitatē: & notitia faciei multū cōsiderata physionomo. Cōsiderat ēt a medico: ut primo pnosticoꝝ: in primis ęgri faciē cōsiderabis. Inuat. n. i cognoscēdis multis morbis/sicut leprā: pipleumoniā/icteritiā/caceſiā/& tēp⁹ mēstruoꝝ in fœmina. In ipsa ēt cognoscuntur simulātes ęgritudinē/sed non semper.

¶ Eius situs est anteriori parti capitis capillatæ subiectus. Sua substantia est ex cute tariore & leniore quacūq; alia cute corporis/vapoꝝ a to-

to ad ipsam ascendentiũ: & Decoris gratia/sub ipsa cute sunt multi musculi/& venę pulsantes & quietę/nerui/panniculi: ligamẽta/chartilagines & ossa: Numero est vnũ membrũ organicum.

¶ Numerus partiũ ipsius est Frons/Tẽpora/Aures/Supcilia/interciliũ: Nasus/Oculi/Palpebrę/Cilia/Malę/Maxillę/siue Mãdibulę/quę in pṕsenti sunt synonima/Os/& Bucca/Labia. Gelasini/Mystax/Lacuna sub naso: & Mentũ cũ sua Lacuna. Sua quãtitas/sua figura/& colligãtia patent: sua cõplexio est qualis cõplexio partiũ ipsius: iuuamenta sua sunt etiam ab ipsius partibus sumenda. Passiones omniũ modoꝝ patitur.

¶ De Fronte: & alijs faciei partibus/exceptis Naso/Oculis/Palpebris/Cilijs/& Ore cum suis partibus.

FRons est tota ea pars media suprema faciei: pilis nuda: quæ est supra oculos: ab aliquibus tamen Dicitur oculos esse in fronte: & ideo teste Varrone Dicitur frons a foratu oculorum.

¶ Sub cute frõtis est vn⁹ muscul⁹ Dilatatus: villos suos hñs ſm lõgũ corporis/qbus mouet supcilia: in fronte etiã sunt rugę ſm ipsi⁹ latũ tẽdẽtes: ſm quarũ situ errabundi medici secãt exituras/sed male/qa tunc cadunt supcilia. Debent igitur fieri sectiones in fronte ſm longum corporis.

¶ In fronte sunt venę aliquę/quę i Diuersis morbis secant: & Sanguisugæ etiam ipsis applicantur/sub musculo prædicto & panniculo pericraneo: est os frontis coronale Dictum.

¶ De Temporibus.

¶ Ad latera frontis sunt tẽpora/sic Dicta: qa in ipsis cognoscunt ãni multoꝝ aĩaliũ. Primo. n. canescũt in hois: sed nõ semp. Cauãtur etiã Diuturnitate tẽporis: in tẽporibus sunt ossa parua oblonga p trãsuersum capitis tendentia/q̃ intrase & craneũ custodiunt musculos tpales: hæc ossa ab Auic. ossa paris Dicũtur/& vltra prędictos musculos in tẽporib⁹ sunt etiã aliquæ arteriæ & venę insignes/quę in aliquibus morbis secantur.

¶ De Supercilijs.

¶ Supercilia sunt omnibus nota/quoꝝ situs est in fine frontis: congenita sunt cũ homine ornatus causa/intenta a natura vt tueantur oculos a puluere Descendente: & a pluuia & a similibus/non crescũt sui pili/sicut hi qui capitis/gratia boni finis.

¶ De interciliis.

¶ In cõfinibus frontis est certũ interstitiũ Diuidens supcilia in ipsorum medio. Diuidit etiã frontẽ a naso: & huic parti tãq̃ ad centrũ cõterminat nasus & infima ac media pars frontis/hic locus vocat glabella siue glabra. Glaber. n. interpretatur sine pilis: hic locus etiã Dicit lepor nasi. In isto loco incipit sæpe herisipella: alio nomine vocata Guta rosea.

¶De Malis.

¶Malę ſunt illę partes rotundę in facie: quæ etiã poma dicuntur: & ſunt infra oculos a lateribus naſi: & ſunt ſoli homini: & genę proprie vocãtur. licet maior pars faciei nominetur gena/huius partis: cutis eſt rarior omni alia faciei parte/quæ de facili rubet & mutat colorem ſuum naturalem in animi affectibus/qui communiter in bene complexionatis eſt roſeus: iſtę Malę ornãt faciẽ/& ſunt tutela ad oculos & ad naſum: & quælibet ipſarũ habet vnum muſculũ latum firmiſſime ſuę cuti vnitum: qui ſeruiunt ipſis & labijs: vt inferius in ſectione labiorum Dicetur.

¶De Barba Gena Dicta.

¶In facie eſt etiam pars barbara/quæ proprium habet nomen/& vocatur Gena a genao vel genero: quia ibi pili generãtur. Hæc pars etiam ab aliquibus dicitur Miſtax ſiue Muſtax.

¶De Mento.

¶In inferiori parte faciei: eſt mentum ab eminẽdo Dictum. Dicitur etiã anthereon. A gula enim eminet: a quo Dicit morbus mentagra: Sua pars ſuprema incipit a radice ſuperioris labij: & finem habet in infima faciei parte: & propter talem locum poteſt Dici mentum, quia infimi in cunctis rebus: ſi non ſunt: Debent eſſe mites.

¶In medio mentis eſt certa cauitas ab aliquibus buccula & bucella Dicta: Dicitur etiam typos.

¶De Gelaſinis.

¶A lateribus oris vtrinq; in cute: in aliquibus indiuiduis: & maxime in pueris/& in fœminis: eſt certa foſſula/quæ apparet in riſu: quæ indicãt decorem/& venuſtatem/& ideo vocantur tales foſſulę/Vmbilicus veneris & Gelaſinus/vocantur etiã vmbilicus veneris: qã aſſimilantur cõcauitati repertę in foliis illius herbę: quæ vocat vmbilicus veneris/& cotyledon.

¶De Lacuna ſub Naſo.

¶Sub naſo in medio labij inferioris: eſt certa vallecula/quã Lactántius Firmianus: pp ſimilitudinẽ ſuæ cauitatis: vocat lacunã/ab aliquibus Dicta phyltron: & ſpherion: & hyſpia: De naſo/oculis/ciliis/palpebris/ore & ſuis partibus/loco ſuo Dicetur/ab anatomia oris initium ſumendo.

¶De Anatomia/Oris & partium eius.

VT igitur trachea: epyglottis: & gula/poſſint inueſtigari cõmode: ſicut promiſimus/ad oris & partium ipſius ſectionem Deuenio: & Dico: q̃ os eſt illa pars concaua: in facie immediate intra labia exiſtens: per quã primo cibus: & potus: & pro parte Aer: intra corpus ingrediuntur: & per quã exeũt ſputamina: & voces: & in qua fit loquela: & dicitur os quaſi oſtium ad prædicta: intra & extra mittenda.

¶ Bucca vero seu buccæ sunt illæ partes in facie seu ore: quæ naturaliter a spiritu possunt inflari. Ipsa concauitas oris/quæ spiritu a pulmone reuocato: & oppressis labijs: in ore retento: inflatur.

¶ Oris partes sunt labia/ Dentes/ Gingiuæ/ Maxillæ/ Palatum/ Vuea/ Lingua/ Tonsiles/ & Fauces.

¶ Ex prædictis patet oris substantia/ situs/ & figura: quantitas sua omnibus nota est: Numero est vnū membrū: Numerus partiū ipsius dictus est. Sua colligantia sumitur a partibus suis. Et etiam sua iuuamenta. Sua cōplexio est qualis sunt suæ partes: passiones omniū modoq; patitur.

¶ De Labijs.

LAbia quæ etiā labra dicuntur/ aliquibus sunt grossa/ aliquibus subtilia/ grossa cōmuniter arguūt ingenij ruditatem/ labioq; pars prominens prochilū nominatur. Eorūdem continuus congressus/ prōstomion vel prostomia dicitur/ & hi quibus prominent labia simul & dentes/ brochi vocantur/ in medio labioq; est fissura/ quę proprie ōs appellat.

¶ Labioq; substantia/ est cōposita ex carne musculosa/ cute & pāniculo/ gulę continuo/ harum partium vnio/ est taliter cōpacta q; difficillime vnū separi potest ab alio/ & est talis/ ne propter grossitiē impediatur suus agilis motus/ qui est ad omnē positionis differentiā/ & ideo in ipsis sunt quatuor proprij musculi/ & duo cōmunes ipsis & pomis faciei.

¶ Et proprij sunt parui proportione labiorum/ qui anteq; cuti vniantur sunt inuicē concatenati/ taliter q; suæ partes sunt inseparabiles sine ipsoq; laceratione/ quoq; vnū par/ pēdet sub pomis faciei oblique versus labia/ alij etiā duo pendent oblique/ ab inferiori mandibula versus labia.

¶ Et licet sint tantum quatuor musculi labijs/ sunt tamen octo motus/ teste Gal. xi. de vtil. cap. xvi. ſ. quatuor recti/ & quatuor obliqui/ nam quodlibet istorum/ dum mouetur/ oblique mouet/ quia situs cuiusq; ipsoq; obliquus est/ sed cū duo ex eis æqualiter mouentur recte mouent/ sicut est in ipsoq; apertiōe in qua est vnus motus rectus/ Alter vero motus rectus in labijs/ est quando inuicem clauduntur/ seu comprimuntur.

¶ Sunt etiam duo alij motus recti in labijs/ vnus est quando ipsa extra vertuntur/ & alter quando intra plicantur/ & isti motus fiunt a villis rectis/ quorum quidam sunt intrinseci ad ipsos musculos labiorum/ & quidam extrinseci/ & quando extrinseci tenduntur/ tunc labia extra vertuntur/ & quando intrinseci/ tunc sub/ seu intra plicantur/ & quomodo motus obliqui fiant ab vnico musculo/ & recti a pluribus facile est iudicare/ si inspiciantur clausoria vnius bursæ/ quæ quando simul trahuntur recte/ & vniformiter aperiunt ōs bursæ/ cūq; vnicum ipsoq; trahitur/ os bursæ transuersaliter mouetur.

¶ Auic. tamen quãuis Dicat prædictum situm musculoꝝ: non ponit nisi quatuor motus: sicut sunt quatuor musculi: & dicit ipsis sufficere quatuor motus/inquit ꝙ vnaquęq; ipsorum pars: cũ mouetur ad suam mouet partem/cũq; Duo: ad Duas mouentur/ad Duas dilatantur partes/adest ergo eis complementum motus ad quatuor partes/neq; vllum habẽt motum nisi istos.

¶ Et tam Gal. q̃ Auic. loquuntur De motu proprio/quia motus cõmunis pomis & labijs: fit a Duobus musculis latis/qui sunt in vnaquaq; mandibula: & sunt lati maiores p̃dictis: & isti teste Gal. sunt extorsum: a malis vsq; ad spinam colli/ad quos vadunt nerui a pectore: & a clauibus. i. a furculis superioribus pectoris/qui implantatur malis: & labio inferiori per villos rectos: & aliqui alij villi a clauibus etiã obliquę tendentes: & aliqui alij magis obliqui p̃dictis: a scapulis ascendentes apud latera labioꝝ: pomis implantantur: & adhuc aliqui alij a loco retro aures (quas interdũ mouent) ad istos musculos tendũt. Isti tamen musculi non cognoscũtur manifeste: quãuis multitudinẽ neruoꝝ habeant: fere ab omnibus colli partibus. Cognoscuntur tamẽ: si clausis mandibulis ad suũ vltimũ conatũ moueantur labia: & faciei poma/nõ ꝙ partes ossoſę pomoꝝ moueantur: sed sua pars carnea musculosa p̃dicta: mouetur cũ cute: quæ est proprie pro solo motu labioꝝ/ad quã & etiã adĩpsa labia: vadunt musculi prædicti lati/qui mouent labia & mala: & hic vocatur cõmunis motus. s. labioꝝ & pomoꝝ.

¶ Aliqui etiã volunt ꝙ male in sui superiori parte moueantur aliqualiter a musculo lato mouente frontẽ: & aliqui dicunt ꝙ isti musculi lati mouentes male & labia. Iuuant etiam mastiçationem.

¶ Et istoꝝ musculoꝝ motus: optime vidẽtur in viuis: maxime in extenuatis. Et ideo De ipsis facio mentionẽ: omittendo multoꝝ musculoꝝ anatomiã/quia nõ possunt videri in viuis: neq; in cõmuni anatomia monstrari: narrabo etiã linguæ & mandibulaꝝ musculos: propter eandẽ causam.

¶ Hęc labia intra se: & etiã totum os: teguntur pãniculo tegente gulam siue meri: & ventriculũ: & propter hoc in futura vomitu tremit labiũ inferius. Hic tamẽ pãniculus: Durior & grossior est in ore: q̃ alibi: & grassior in meri: q̃ in ventriculo: & semper descendendo efficitur lenior & subtilior: quia in ore primo obuiat cibarijs aliqualiter duris/quæ descẽdendo semp efficiuntur molliora: teste Gal. iiij. De vtil. & iuxta illud Aui. nutriens mastication aliqualem suscipit Digestionem.

¶ Labioꝝ figura. situs. quãtitas. & numerus patent. Sua cõplexio ponitur calida/colligantur cerebro per neruos/hepati per vena/cordi per arterias: & ideo interdũ in ipsorum cõpressione: cognoscuntur animi affectus. Exporriguntur etiã: & cõpescuntur labia/voluntarie: Colligantur etiam

ventriculo & meri/& toto: mediante cute: sua iuua mẽta sunt multa: sunt pr imo ad tutelam dentiũ: & ad bonã faciei formã/ad loquelã exprimendam/ad cibũ & potũ sumendũ: & sunt ori/sicut ostiũ Domui: se aperiẽdo & claudendo in necessarijs: prohibẽt etiã aerem frigidũ ingredi ad cor: p se: & p accidẽs: retinent etiã aerẽ a pulmone reuocatũ in necessitatibus.

¶ Passiones omniũ modoꝝ patiuntur/& inter alias patiuntur ragadias: & sæpe cancros: & tremorem in crisibus: & in febribus/per communitatem a cerebro: & a ventriculo.

¶ De Dentibus.

VIsis antedictis: primo quantum potes apertias os/secando buccas in altero laterũ: vt melius Dentes: ac gingiuas videas: Primo notando substantiam Dentium/quæ ossosa est: & teste Celso/est durior ossæ. Aliqui tamen Dicunt ipsos esse De natura carnis: & ossis/tum quia sentiunt: tum quia renascuntur: crescunt etiam gratia finis toto tempore suæ permanentiæ/quia si non crescerent/non Durarent: & mastication esset mala: ex qua vita esset brevis.

¶ Numero sunt .xxxij. ſ. in vno ordine ſm vtranq; genam .xvi. sunt locati: sunt etiam sæpe solum .xxviij. quia tunc Deficiunt quatuor posteriores/qui Neguegid Dicuntur ab Auic. & hi sunt Duo in quolibet latere: & interdum carent in totum sex: & Neguegid/sunt vltimi in ortu/qui vocantur etiam dentes intellectus/sensus: & sapientiæ/quia in aliquibus nascuntur in vtilitate/vel senio: & teste Arist. secundo de natura/seu de hystorijs animaliũ: maribus sunt plures Dentes: q̃ fœminis: vt in genere hominũ/ouium/suum/& caprarum/pater.

¶ Eoꝝ nomina: sunt alia a Celso/alia a Gal. alia ab Aristo. alia ab Auic. alia a Mundino: Et primo ista sunt nomina Auic. in qualibet enim parte siue superiori/siue inferiori/a medio oris ante versus: incipiendo in medio: primo sunt Duo satis lati æquales Duales Dicti a lateribus quorum/vtriq; est vnus: qui Dicũtur incisiui a Mundino: & ab Auic. Dicũtur quadrupli. Gal. tamen vocat Duales incisiuos: quos Duos Duales: & Duos incisiuos/Celsus vocat quaternos: & istos omnes Arist. vocat acutos/vt fecent: & conuenit cum Gal. A lateribus istoꝝ vtriq; est vnus/qui cõmunicet cinodentes seu canini Dicuntur: & ab aliquibus Gelasini Dicti sunt: quia apparent in risu magis alijs.

¶ Sunt Deinde ſm Auic. oẽs molares: a molendo Dicti/qui in aliqbus ſm ipm vtriq; a lateribus caninoꝝ sunt q̃tuor: & in aliqbus sunt qnq; & isto modo sunt .xxxij. vel .xxviij. numerãdo sic/Duo Duales: & Duo quadrupli seu incisiui/& Duo canini/qui oẽs sunt sex/& molares ſm Aui. sunt Decem vel octo/ſi .x. in q̃libet pte. ſ. ſupiori vel inferiori/in totũ sunt .xvi. & vt sic

sunt.xxxij.si vero sint octo/sunt in qualibet parte.xiiij.& sic sunt.xxviij.

¶Mundinus tamen in numero.xxxij.ponit duos duales superius:& totidem inferius:& duos incisiuos/& Duos caninos: & quattuor molares: & sex maxillares:tamen nec Gal.nec Arist.ponunt nomina particularia omnium Dentium:sed Celsus ponit quattuor caninos: vtrinq; duos iuxta quaternos superiuss& rotidem inferius: Celsus etiam ponit octo maxillares superius:& octo inferius.s.quattuor vtrinq; iuxta caninos.

¶Sua figura est diuersa:aliqui enim habent vnū solum caput acutum: & vnam radicem:vt omnes Duales:& quadrupli seu incisiui: & canini. Molares vero inferiores habent ad minus Duo capita/& Duas radices: & interdum tres:& tot capita:& maxime vltimi/superiores vero habēt ad minus tria capita:& totidem radices:& interdum quattuor: & maxime vltimi:qui sunt tanq̄ murus tenentes alios firmos:& dentium superiorū Radices sunt curuę:vt sint firmiores:ne sua grauitate cadāt/& foramina in quibus figuntur:sunt mirabiliter ipsis adęquata.

¶Et ab ossę maxillę:oritur prō quolibet Dente vnum additamētum rotundum:firmans Dentem mediantibus ligamentis fortibus/& ista additamenta Gal.vocāt pręsepia:quę non solum sunt in loco gingiuę: sed in extremo suarum radicum.

¶Et molares habent plures radices alijs/quia sua operatio est magis continua alijs/& quia masticando nō mouentur ꝑm superius: & inferius solum/sed lateraliter mouentur seu circulariter.

¶Omnibus Dentibus/teste Gal.& Auic.est aliquis sensus.

¶Sua quantitas/& situs patent/colligantur mandibulis & gingiuis: & cerebro per neruū:sua cōplexio est nota/iuuamēta sunt pręparare cibum pro stomacho/modulantur etiā loquelā:sunt etiā arma naturę.

¶Patiuntur omne genus morbi:quod patiuntur alia ossa/in eis fit dolor/cōmotio/corosio/putrefactio/congelatio/coloris alteratio:& elongatio a suo naturali loco.

¶De Gingiuis.

POst Dentes videndæ sunt Gingiuæ:sic Dictę a gignendis Dentibus/& sunt carnes simplices/durę/in quibus sunt infixi Dentes: in ipsis sunt tot foramina/quod sunt dentes.

¶Numero sunt duæ/vna superior/alia inferior: Sua figura patet quæ sequitur figurā suæ maxillæ.Patet etiā situs/& quantitas/& colligantia. Sua iuuamēta sunt firmare Dentes:& circa ipsos vestire ossa mādibularum:& suo calore illa cōfortare/& carentibus Dentib⁹ /prębent iuuamē masticationis:eis etiā est sensus notabilis per colligantiā cū cerebro:mediantibus neruis per eas Dispersis.Passiones omniū modoꝝ patiuntur.

¶De Palato.

POst Gingiuas ſm veꝝ vniuerſalis Anatomię methodum: occurrit palatū/quod eſt pars oris teſte Ariſt. primo de hyſtorijs. c. xi. & eſt illa pars in ore/ſiue aperto/ſiue clauſo/quę eſt ſupra linguam.

¶Hęc pars oſſoſa eſt/ex oſſibus mandibularum ſuperiorum cōſtituta: eſt tamen tecta aliquali carne: cū ſuo panniculo tegente/in quō ſunt nerui aliqui: Dantes ſenſum guſtus: & hęc pars in ore/aſſimilatur concauo teſtudinis/ſeu cœlo fornacis/ideo Dicitur cœlū: & altum oris: & dicitur palatum: quia in apertione oris nobis palam oſtenditur/vel quia manifeſte latum videtur: & palatum teſte Gal. eſt tāq̄ cawpana prçiacens laringę/ſeu epyglotti: in quo fit vocis intonatio/in quo mediantib⁹ neruis/eſt notabilis ſenſus guſtus.

¶Suus ſitus/ſua figura/quantitas/& numerus/ac colligantia patent/ſua complexio frigida eſt: quia oſſoſa eſt a prędominio/in iſto membro non eſt aliquod foramen collatorio ſeruiens: vt putant aliqui: per quod expurgentur ſuperfluitates cerebri: ſed tale foramen/ſeu foramina: ſunt in oſſe baſilari ſupra nares: vt alibi Dicetur.

¶Ipſius iuuamenta ſunt: vt clauſo ore: & etiā aperto: ibidem retineatur Aer/ad hoc vt calefiat/ſi frigidus eſt/ne talis ſuo ingreſſu ledat cor. Retinet etiam Aerē a quo refocilatur cor in neceſſitatibus/iuuat etiā in retinendo aerē vocalē: & ideo palatū rugoſum eſt/ad hoc/vt aer exeat vndoſus. Palatū etiā ſua concauitate iuuat reuolutionē cibi in ore maſticationis tpe/mediāte ēt ſua cōcauitate lingua agilius mouet pro ſuis opationibus/cū ſua ēt pellicula iuuat Digeſtionē adiuuante ei pellicula totius oris/& forte ſputo in maſticatione cibarijs miſto.

¶Paſſiones omnium modoꝝ patitur/& inter alios morbos patitur in febribus/colam ſeu alcolam.

¶De Vula ſeu Vuea.

IN fine palati iuxta fauces verſus caput in oppoſito Radicis linguę/eſt vnū membrū/carneū/Rarę ſubſtantię/Membrana tectum/cuius quantitas & figura: eſt equiparata grano Vuę: & ideo vua: vuigena: & vuigera dicitur. Dicitur etiā Columella: & etiā Colūna: & ab aliquib⁹ Gargareon: Gargar/& Gurgulio/Dicitur etiā fundibulum. Creſcit tamen hoc membrū pręter naturaliter in longū & latū: ab humiditate replente: & interdum aſſimilatur caudę muris: vt ego ſępe vidi: & interdum induratur: & interdum ſtrangulat teſte Ariſto.

¶Hoc mēbrū eſt ſoli homini. Sua ſubſtātia eſt Dicta/in qua ſunt aliquę venę: & arterię: & ideo ſi ſoluat notabiliter ſanguinē ducit. Sua cōplexio calida eſt/& humida/numerus/ſitus/& colligātia patēt: hoc mēbrū cedit lo

cũ deglutitis: nec motũ hẽt voluntariũ. Ideo caret musculis/iuuat in refrã gendo/& in alterando aerem: & ſm aliquos in modulando vocem: prohibet etiam sitim prohibendo aerem ingredi fauces violenter.

¶ Passiones omnium modoꝝ patitur: & pręsertim corosionem: & mollificationem/quibus sæpe requiritur cauterium.

¶ De lingua.

Lingua interdũ accipit pro varietate sermonũ: vt gręcos/Arabes/latinos: & id genus. Multa ẽt alia significat/de pñti tamẽ capitur pro membro in ore cõtento. Et lingua Dicit a ligando: quia ligata est ab vno extremo ad aliud intra inferiores mandibulas.

¶ Huiꝰ mẽbri sub̃a/naturalr Rara/fungosa: ac mollis est. Est ẽt accidẽtalr mollis: pp humiditates a capite: & a vẽtriculo ad ipsam descẽdẽtes. Caro ẽt glãdosa in ipsius radice in qua sunt fontes saliuales humectat ipsam: mediãte saliua: est ẽt ipsi multitudo neruoꝝ: tũ pp sensũ/tactus & gustus: tũ pp motũ/q Dãt gustũ veniũt a tertio pari neruoꝝ cerebri: qui vero motũ/veniunt a septimo: & hi nerui sunt notabiles: qa lingua indiget excellenti sensu: & ẽt motu: plurimo ẽt indiget calore: & nutrimento. Ideo habet (similr & virga) plures: ac maiores pulsantes: & quietas venas quocũq; alio mẽbro sibi pari magnitudine/& nerui dantes ipsi motũ: sunt Distincti a Dantibꝰ sensum: sed qui Dant sensum tactus: Dant ẽt gustũ/& gustus facilius corrũpitur tactu: quia gustus est virtus subtilior tactu: & situs neruoꝝ sensus est supficialis: situs vero neruoꝝ motus ẽ acẽtratus magis: plus & minus ſm locũ musculoꝝ/qui cõmuniter ponunt nouẽ. s. quattuor paria: & vnus solitaris/quibus mouetur ad omnẽ positionis Differentiam: & lingua in sua radice est ampla: grossa & fortis: in anteriori vero est subtilis: & acuta: vt promptior sit ad motus.

¶ De p̃dictis musculis Duo sunt a lateribꝰ linguę vtrinq; vnus: qui latitudinales vocantur/ꝓcedentes ab ossibꝰ acutis capitis post aures positis/a quo loco ẽt pro parte veniũt villi vnius musculi/qui est cõis pro motu labioꝝ: & pro motu pomoꝝ faciei: & hęc ossa vocantur sagittalia/& acularia: sunt ẽt Duo longitudines dicti/nati a supremo ossis lamdę: qui cũ medio linguæ cõtinuant: & alij duo musculi sunt: qui ex transuerso mouẽt linguã ꝓcedentes a latere: quod est inferius ex Duobꝰ ossis lamdę lateribus: & isti penetrant inter p̃dictos longitudinales: & latitudinales.

¶ Sunt etiã Duo alij ipsam cõuertentes: & resupinãtes: & istoꝝ villi sunt: in latũ expansi sub prædictis: & hi sunt cõtinuati cũ ossę mandibulę inferioris: Auic. tamen. xij. animaliũ Dicit istos vltimos esse supra alios: est Deinde musculus vnus solitarius Dictus/qui continuat linguam ossi lamde/& trahit vnum ad aliud/& hic musculus pellit linguã ad exteriora ipsam

elongando: ipsam etiam retrahit: & abbreuiat.

¶ Sunt tñ multi Dicentes q̃ lingua ad exteriora nõ mouetur voluntarie: sed Mere naturaliter abimaginatiua/sicut virga: & aliqui Dicunt ipsam: & etiã virgã moueri a musculis/& ab imaginatiua simul: & aliqui ab imaginatiua sola/quæ mediãte spiritu causat ventositatẽ Dilatantẽ: & erigentem virgã/pariter & linguã cũ eductione extra os: hæc tamẽ sunt tracta a Gal. primo De motibus liquidis: & ab Auic. prima primi in. c. De musculis linguæ: & ibidẽ expositores soluũt Dubia/quos vide.

¶ De Osse linguę.

LIngua i sui radice: hẽt os/cui annectit: & ligat/& tãq̃ sup sua basi fit matur: in multis suis motib⁹: & hoc os est q̃drilatere q̃ nõ multũ durũ: sed ẽ quasi cartilagineũ: & vocat os hyoideũ & lamde/seu lãbe/qa assimilat ipsi litterę græcæ: Duo ipsi⁹ latera sunt versus linguã/quæ sunt in forma litterę p̃dictę bifurcata: & Duo ẽt talr formata: primis maiora/ sunt versus cartilaginẽ peltalẽ epyglottis/quã amplectunt/& ei alliganturne labat hincinde/vt melius hoc os: firmet mẽbra alia sibi alligata: & non solum alligatur epyglotti: sed etiã ad Meri per ligamenta aliqua.

¶ Et hoc os nõ fuit oblongę/seu rectę figurę/qa gravitas linguæ traxisset ipm ad vnũ latus tm̃: & tũc nõ fuisset bona loquela/nec bona masticatio: & hoc os vocatur hyoideũ a Gal. & os lamde: & ab Auic. Alfahic.

¶ Iuuamenta huius ossis a Gal. sunt posita multa/quãuis sit paruum os: primo ab ipso ad linguã veniũt plurimi musculi: & etiã musculi aliqui epyglottis: & ab ipso vadũt aliq ad spatulas/& aliq ad pectus/& aliq ad mandibulas: ab ipso etiã/seu a suis ligamẽtis oriunt cordę musculoq̃ sibi ppinquoq̃: & est etiã defensoriũ peltalis cartilaginis laringę: & hoc os est principale fundamentũ/ super quo vertitur lingua in suis motibus.

¶ Huic ossi sunt tres sibi proprie musculoq̃ cõiugationes. s. vnũ par procedens ab extremitatibus mãdibulę inferioris/versus illam partẽ: cũ qua cõtinuatur radici linguæ: quoq̃ vnus est a Dextris alter a sinistris: & istud par dum cõtrahitur: trahit ipsam versus mandibulam.

¶ Secundum par oritur sub mento: & transit ad istud os sub lingua: & ipsi colligatur versus partem superiorẽ. s. versus epyglottim/& istud os: trahit ad partem mandibulę.

¶ Tertium par oritur ab additamentis acularibus ossis capitis. s. a Duabus extremitatibus offosis acutis/ quæ sunt post aures: & isti musculi continuantur cũ extremitate istius ossis/ quæ est versus linguam: & trahunt ipsum ad superiora versus posterius.

¶ Alij omnes musculi huic ossi continuati/ sunt eõmunes ipsi/& membris: ad quæ vadunt.

¶ Sub ipſa lingua ſunt duæ notabiles venæ vtrinq; vna: quæ in multis diſpoſitionibus flebotomant/pſertim in ſináche/quæ ſunt rubeç/interdū nigræ/& interdū virides:& vocantur ab aliquib⁹ Raninç.

¶ Sub lingua etiá: vbi ipſa alligatur ori/ſunt certç cauernç notabiles biparritç/quæ vocátur Orificia/ſeu ora/vel fontes ſaliuç/quæ ab Auic. vocantur generatiua ſaliuç/in qbus de facili ingredit ſtilus/hęc orificia aperiunt:& claudunt ad inſtar burſę ſaliua multiplicáte:& deficiente. Hi fontes terminantur ad carnē glandoſam prędictam in radice linguę locatā/a qua cōtinue humiditas ſaliualis in prędictis fontib⁹ reſudat.

¶ Sub lingua eſt ēt certa pellicula in medio eius p longū tendēs: quæ vocatur a nr̄is vulgaribus il Filello/quæ in aliquib⁹ eſt magna:& obſtitrices ipſam vel Chirurgici ſecāt in ætate infantię: quæ ſi nō incidat: traulos cāt.

¶ Cōplexio linguę eſt calida:& humida. Sua figura/& ſitus ac colligātia ex p̄dictis patēt. Sua quātitas eſt conſpicabilis. Alia. n. teſte Ariſt. eſt lata/alia anguſta/alia mediocris/ſed illa eſt laudabilis/quæ eſt ſm potentiam loquendi comenſurata in ſua longitudine & latitudine.

¶ Numero licet videat vnū mēbrū. Sunt tñ duo mēbra/apparēt tñ vnū ex duob⁹ ſimilib⁹ cōpoſitū. Cōiter. n. natura creauit ſenſus duplices: vt ſi cōtingat vni parti nocumētū ꝙ altera pars illeſa maneat:& nō fuit diuiſa ſenſibiliter in duas ptes ab inuicē diſtantes: pp maſticationē:& loquelā/ſed eſt vnita mediāte vno pāniculo ipſam tegente. Hic tñ pāniculus eſt diuiſus p longū in duo latera ſub & ſupra. vnitus tamē/& firmiſſime ligatus linguæ. Et hic pāniculus eſt continuus cū pāniculo tegente ventriculum: & Meri:& totum os intrinſecus.

¶ Iuuamenta linguæ ſunt principal'r ad vocis diſtinctionē:& ād litteras articulādas. Et ideo Gal. in libro de voce & anhelitu: dicebat voci & orationi poſita ſūt tria mēbra. ſ. trachea/epyglottis/& lingua:& vnūquodq; habet glandulas temperantes ipſum humiditate.

¶ Et glādulę tracheę ſunt in collo ipſā humectātes:& colli ptes ęquates.

¶ Et glandulę epyglottis ſunt illę quę dictę ſunt arte aeris.

¶ Eſt ēt certa caro pinguis glandoſa circa illud cooptoriū epyglottis/qđ dicitur Glotida: quod eſt vocis principale organum/lingua tamen habet glandulas: quibus vadunt venę ipſis portantes ſaliuam: alię vero carent vena/ſed ſuapte natura replētur humiditate ſurſum & deorſum ad ipſas fluente/& in epyglotti generatur humiditas: qua humectatur: a capite ēt ad ipſam fluit humiditas aliqua.

¶ Lingua etiam iuuat ad diſcretionem guſtus. iuuat etiam ad reuolutionem cibi in ore: taliter vt omnis ipſius pars conterātur. iuuat etiā deglutionem. Paſſiones omnium modorum patitur.

¶De Amigdalis.

IN ſuperiori parte lateralí linguæ circa ipſius radicē/ſunt certæ carnes adenoſę/ſeu glādoſæ vtrinq; vna/a multis amigdalę nominatę: quę ſimul cū vuea antedicta:& Galſamac:& etiā Alfahic.ix.tertij ab Auic.ponuntur inter partes gutturi additas:& p guttur Auic.interpretę intelligit ſpatiū/in quo ſunt meatus cibi:& anhelitus/ſed male/ga guttur a latinis capit pro trachea arteria.Capitur etiā pro parte anteriori colli: quę eſt a faucibus ad iugulū:& ideo Celſus Dicebat venas grāges.i. guidez/eſſe in Dextra/ſiniſtraq; circa guttur/& teſte Plinio guttur eſt hominī tantū/quod intumeſcit plerūq; vitio:& hic tumor botiū Dicit, & etiam ſtruma/licet ſtruma indicet etiā ſcrophulas:& aliquos alios tumores.

¶Iſtud ergo ſpatiū:quod eſt poſt vueā:& prędictas amigdalas: & galſamac:& alfahic:Dicit faux/& faux ſeu guttur in via Auic.ix.tertij non eſt mēbrū aliquod/ſed eſt illa vacuitas ad quā terminatur ſummū Gulę ſeu Meri/in cui⁹ cōtermino verſus anterius eſt vuea/& amigdalę:& alfahic/& galſamac/in ſuo vero cōtermino ſuperiori/eſt illa vacuitas quę terminatur per ſupra palatū ad naſum/& ad os baſilare verſus anfractus ſub collatorio exiſtentes/de quibus infra fiet ſermo.

¶Et prędictę glandulæ:De quibus in pręſenti intendimus tonſiles communiter Dicuntur:& Celſus vocat ipſas glandulas:& Mundinus fauces: licet male & græci uocant Antiadas & parhitmia.

¶Harū amigdalaꝝ ſubſtantia eſt carnea:& neruea.ſ.cū pelliculis:quib⁹ alligatur lateraliter:a radice linguæ veniens verſus palatū:& ipſis mediantibus vniuntur prędictæ amigdalæ palato:& iſtæ pelliculę neruęæ ſimul cū glandulis:ſunt tāq; auriculæ cauernoſæ:& ideo vocātur Archa: & repoſitoriū aeris.Iſtę.n.arcæ ſūt notabiles ī Cynocephalis/intra quas ſeruant nō ſolū aerē/ſed interdū vt ego vidi cibū:vt ſunt caſtaneæ/ciceræ:auelanę/fabę/vel ſimiles.Iſte tamē amigdalę cū ſuis pelliculis melius videntur in vno/q̄ in alio:ſed melius in viuo/quia in mortuo animali retrahuntur.Et iſtæ Arcę ſeruant aerē magis in egreſſu/q̄ in ingreſſu/ vt totus non exeat a via cordis:& pereat animal:& ut in ſubmerſione in aquis:& in fetoribus/ex iſto aere retento reficiatur.

¶Et iſtę ſolæ pelliculæ ſm aliquos ſunt illæ:quas Auic.vocat Galſamac ſeu Golzama/ſed iudicio meo:nō ſunt niſi Areę prędictæ/quia Auic.Dicit:q; ſupra Galſamac:eſt Alfahic.ſ.os lamdę:& hoc os eſt ānexū linguę & epyglotti:ante ſub iſtis pelliculis:& ſi iſtæ pelliculę ſunt Golzama ſeu Galſamac:littera Auic.eſt corrupta.ſ.illa:quę Dicit:& Alfahic eſt ſupra Galſamac/nec ibidē eſt aliud membrū verſus palatū:niſi vuea:& pelliculæ glandulaꝝ:de qbus prętērijt ſermo:quę faciunt Arcā pro Aere re-

tinendo: & ideo ibidē non est Galsamach: sed iudicio meo Galsamac est epyglottida. s. illud coopertoriū pelliculare: quod claudit epyglottim/ne cibaria: & alia extranea ingrediantur ipsum: ut infra Dicemus.

¶ Ex prædictis patent Amigdalarū inuamēta. Apparent etiā sua colligantia/figura/q̄titas/& numerus/situs suus optime videtur Depressa lingua: & aperto ore in sui vltimo/sua cōplexio est calida: & humida.

¶ Passiones omniū modorū patiuntur: & nūc in certo morbo endimioso/qui a vulgaribus morbus Gallicus nominatur/apostemātur: indurant/vlcerantur: & De facili suscipiunt Reumata a capite: & in istis fit squinātia: seu sinanche non vera/quæ vocatur Branconcellus: & ideo Dicitur ad fauces branchus: ad nares coriza catarus/vocatur etiam Dragonzellus & forte corruptæ: & Bononiæ strangogioni quia strangulare apti sunt: vocantur etiam Gaioni.

¶ Istas Amigdalas: & etiam linguam: videbis etiam melius excoriatis Mandibulis/eo modo vt infra Dicetur/quia ponā Anatomiā suorū musculorū & mēbrorū totius faciei: & etiā totius cānæ pulmonis/ut possint videri ad libitū operantis/quia Raro monstrantur in sectione cōmuni.

¶ De Mandibulis seu Maxillis inferioribus.

VIsis Amigdalis/mihi placuit De Duabus Mandibulis inferioribꝰ Determinare: vt colli reliquū cōmodius: & Dilligentius Anatomizetur: De superioribus loco suo Dicetur: & mandibulæ a me in presenti sumuntur pro illis ossibus capitis: in quibus infixi sunt dentes.

¶ Et primo est notanda cutis tegens suos musculos/quæ in viris est cōmuniter pillis plena/post quā sunt sui proprij musculi seruientes tribus motibus. s. motui aperiendi os: & motui ipsum claudendi: & motui masticandi & molendi/motus aperiens facit mandibulas inferiores Descendere: & claudens ipsas eleuat: & molens ipsas circuire: & ad Duas partes Declinare facit: est igitur necessariū vt motus claudendi fit p musculos/qui a superius Descendunt: & ad superiora trahunt: & aperiendi motus: fit econtrario modo: & molendi cum transuersione.

¶ Musculi claudentes: sunt duo: magni: & magnas habētes cordas: qui musculi tēporū vocantur: quia tēporibus alligantur: inter craneū: & ossa paris/& in homine sunt parui: ne grauarent caput: & etiam quia homo masticat res nō multū duras: & isti musculi habent magnas cordas/terminatas extremitati inferiori mandibularū: & sunt valde molles/qa sunt ꝓpe cerebrū/a quo habēt tres neruos/Duos a tertio pari/& unū a quarto: & p consequens ipsorū solutio est pessima/& ideo Gal. xi. de vtil. c. iij. inquit: si igitur sicut Hyp. Dicebat/quę sunt ꝓpinqua: & cōmunia: & prima/maxime malignantur/non aūt propinquius q̄ tēporales musculi/nec

per plures neruos cerebro magis cõmunicat alius musculus: Rationale est exaudire eoꝝ passionis principiũ: & pp suã nobilitatẽ natura locauit ipsos in antro tẽporꝝ: inter ossa: vndequaqꝫ ipsos custodiẽtia/musculi oculoꝝ sunt etiã valde nobiles/qa sunt ppinqui cerebro: sed nõ habent tot neruos sicut isti: & isti duo tẽporales musculi/adiuuantur a duobus alijs musculis/qui per interiorẽ partẽ buccæ: incedunt ad mandibulas prædictas: & istoꝝ musculoꝝ temporaliũ cordæ/non oriuntur ab extremitate musculi: sed a medio ipsius: ut sint fortiores.

¶ Musculi vero apiẽtes: oriũt a loco: Dicto arabicẽ: Alhiliricti: q̃ sũt duo ossa: acuta: acularia: & sagittantia Dicta: addita occipiti: & ista ossa sunt post aures: & hi duo musculi Descendendo vniuntur & efficiuntur vnus musculus/postea separantur: & ex ipsis fit corda: ut fortes sint/ Deinde iteꝝ ramificantur: & carne replentur: & fit musculus: Deinde mãdibularũ reflexioni obuiat: & cũ cõtrahit: trahit mãdibulã retro: & qa mãdibulę sunt graues: per se Descẽdentes: sufficiunt eis duo musculi tantum.

¶ Masticatorij vero musculi sunt Duo: vtrinqꝫ vnus/q̃ sunt triãgulati: & valde neruosi sub pomis: & sunt tales: ut in cõtrahendo Diuersos hẽant motꝰ: Ideo ut p ipsos molitio: & masticatio cõpleat: & isti musculi cũ una sua basi: sunt circa ossa paris/& cũ vna alia versus faciei poma: & cũ alia versus mãdibulas/qlibet tñ Angulus pdictoꝝ musculoꝝ: cõmiscet firmissime: parti faciei in directo ipsoꝝ: vt Diuersimode moueãt mãdibulas: & aliqui voluere teste Gal. qꝫ qlibet istoꝝ musculoꝝ esset tres musculi: & carbositas illa/quę est circa poma faciei: est ab istis musculis pro parte.

¶ Lingua ẽt exceptis istis musculis iuuat mastication ẽ: reuoluẽdo cibũ.

¶ Et musculi eleuantes mandibulas sunt magni/quia habent magnum motũ: & sunt molles: quia sunt cerebro proximi.

¶ Et musculi Deprimẽtes sunt parui/quia facilius est Deprimere mandibulã q̃ elleuare: & elleuatam tenere.

¶ Masticatorij vero sunt medij/quia mandibulaꝝ circũductio/est facilior elleuatione: & Depressione Difficilior.

¶ Mirabitur aliqs/qꝫ natura fecit maiores Dentes masticationis: & plures q̃ incisionis/Dicendum qꝫ natura præparauit non solũ Dentes ad incidendũ cibũ: sed ordinauit ratione/& artẽ/quibus vtitur ad incidenda cibaria fecit etiam masticatorios maiores: & plures: quia actus masticatorius est fortior: & pmanentior/quã masticationẽ vt plurimũ: nisi forte per accidens in ęgris: non facit ars/sicut incisionẽ ciboꝝ.

¶ Visis musculis: ut os læmdę/& caput Meri: & epyglottim melius videas/ab vtroqꝫ angulo illius fixurę/quæ os vocat/secabis transuersaliter cutẽ: & musculos prędictos versus aures/i qua sectione si potes: cõsidera

prędictos muſculos: & etiã alias faciei partes exceptis naſo/palpebris/oculis: & auribus/excoriando ab ipſis cutẽ cũ Diligentia/quibus viſis Denudabis mandibulaꝝ inferioꝝ oſſa a iuncturis ſuis ſuperioribus vſq; ad medium menti/in quo ipſe per vnã iunctură ſunt firmiſſime vnitę. Vniuntur etiã oſſa prędicta vtrinq; capiti: per vnã iunctură laxã circa aures: notabis etiã ſuũ ſitũ/numerum/figurã/colligantiã/ & quantitatẽ/ſua ſubſtantia/cõplexio & iuuamenta patent. Paſſiones omniũ modoꝝ patiuntur.

¶ De Anatomia Gutturis & Gulæ.

VIſis mandibulis ipſas cũ Diligentia falce: ſerra/vel alio inſtrumẽto: integre a ſuo loco moue: ut Guttur: & Gulã melius videas. Linguã tamẽ illeſam & os lamdæ ſerua: vt poſſis horũ mẽbroꝝ videre colligantiã/mandibulis ammotis: inueſtigato ſitũ gutturis: & Gulę: & oſſis lamdę: quod eſt locatũ iuxta radicẽ linguæ: & caput gutturis/hęc mẽbra tñ nõ moueas: niſi prius videbis ipſoꝝ muſculos/ſed anteq; ipſos videas Anatomię gutturis: & gulę eſt vacandũ. Iſta. n. mẽbra ſũt adeo p pãniculos: & ligamẽta iuicẽ colligata: q; unũ abſq; alio inueſtigari negt.

¶ Guttur ſub faucib⁹ vſq; ad pulmonẽ pendẽs: Anteriorẽ poſſidet ſitũ. primo vt ſua Duritiæ ſit tutela Gulę. Secũdo qa per iſtũ ſitũ eſt magis Directũ ad pulmonẽ: & ſic melius: & facilius ipſi ſeruit. Tertio eſt anterius/quia Gula eſt ipſo longior: quę ſi eſſet ante guttur: vel obliquaſſet a fine gutturis vſq; ad ventriculũ: & Deglutio eſſet mala: uel quod a fine gutturis ẽt vſq; ad vẽtriculũ verſus Dorſũ: eſſet aliq; incõueniẽs vacuitas.

¶ Et Guttur eſt corpus oblongũ: rotundũ/concauũ ut cãna: cuius ſubſtantia cõpoſita eſt pluribus chartilaginibus annullaribus. ſunt tamẽ imperfecti circuli/ſicut Armilę: & aſſimilantur litteræ. C. ideo Dicuntur chartilagines. C. formes/& ſemi circulares/ſunt tamẽ ſemi circulo maiores: & ſm partẽ non circularẽ: obuiant Gulæ mediante panniculo leni: & aliqualiter Duro: pfecte ſpherico/ipſas intra & extra: tegente & ligante: & vltra panniculũ intrinſecũ tegentẽ guttur a ſumo ad imũ: ſunt alia ligamenta cõplentia guttur verſus Gulam/vbi chartilagines ſunt incõplętę. Iſtę tñ chartilagines abſq; pãniculo ſunt proprie inſtrumẽtũ vocis.

¶ Gutturis pars ſuperior cõiter/epyglottis/laringa/ & nodus gutturis: & interdũ Gurgulio: & Bronchij/ & gutturis caput Dicitur/reliquũ vero ipſius ſæpe vocatur arteria: & ſpiritalis fiſtula: & arteria vocalis: & aſpera arteria: & pulmonis cãna: & faringa a findendis vocib⁹/vel a fando dicta/ & Gargar: & Gargareon: ſed laringa vt plurimũ ab interprete libroꝝ Gal. De vtil. partiũ in latinã linguã/laringa capit pro ipſius parte ſuprema/cõmuniter tamen pars inferior Dicitur trachea & guttur a garriendo Dicta/quia inde garric⁹ venit: & Auic. prima primi cap. De muſcu-

lis gutturis:per guttur intelligit hoc mẽbrũ.Sed noua tertij: per guttur intelligit illud ſpatium quod eſt poſt palatũ:in quo eſt via cibi & anhelitus/quod a latinis faux ſeu fauces Dicitur.

¶Hoc mẽbrũ vocatur etiã bronchiũ ſeu bronchũ ad ſimilitudinẽ certi piſcis:& etiã vermis terreſtris bronchiũ Dicti:cuius corpus eſt oblongũ chartilagineũ:ſeu ſquamoſum:& annullare/ſicut eſt vipera.

¶Huius mẽbri ima pars:in binas Diuiſa eſt partes/a Dextris vna/alia a ſiniſtris quę ſuperiorẽ pulmonis partẽ ingreditur:& ab hinc per totam pulmonis ſubſtantiã ſemp minuendo:per centrũ ipſius vſq; ad extremas in infinitas partitur fibras ad ipſum totũ:& ad cor Ducendo:& reducẽdo ſpiritũ:eo modo quo patuit in pulmonis inueſtigatione.

¶Hoc membrũ nõ ex vna ſola eſt chartilagine/ſed ex pluribus cõuexis exterius:& cõcauis interius/vna iuxta aliã cũ aliquali Diſtantia/ligamentis:& pãniculis vnitis:ut mediantibus pãniculoꝝ villis:qui ſunt longitudinales:& ſuoꝝ muſculoꝝ neruis/poſſit extendi: & retrahi in ſuis motibus:& eſt Durũ moderate:& leue:vt ſit ſonorũ:& eſt ſenſu priuatũ: vt reſiſtat extrinſecis Iędentibus:& eſt ſphęricũ:quia eſt minus aptum Iędi:& ſuę chartilagines verſus Gulã incompletæ ſunt:ut ſua Duritię reſiſtant Deglutitis:ideo cõpletur tracheę cãnalis poſterius a ligamẽtis & pãniculis prædictis/quæ ſua mollitię obediunt Deglutitis:& propter hoc in neceſſitatib⁹:gutturis cõcauitas:intra ipſam:cędentib⁹ ipſius pãniculis/ſeruit Gulę:in buccelis magnis Deglutitis:& gutturis pãniculi faciliter obediunt in Deglutionibus:qa hora anhelitus:& Deglutionis eſt Diuerſa:& nõ ſolũ guttur in hoc ſeruit Gulę:ſed etiã Gula gutturi in anhelitu/qa tẽpore anhelitus:Gula eſt vacua / ſicut guttur eſt vacuũ ſpiritu:Deglutionis tẽpore:qa in Deglutionib⁹ ſemp clauditur epyglottis.

¶Gutturis etiã pars poſterior nõ fuit chartilaginea:ſed particularis vt humectaret facili⁹:aliqd humidi bibendo/vel lambendo: ſicut ſæpe cõtingit in magnis calorib⁹:& in febribus:& ut etiã facilius p̃ creatũ educant materiæ in pectore cõtentę/ſicut cõſtat in pleuretico morbo.

¶Et hoc mẽbrũ ſagaciter fuit chartilagineũ:& pelliculare mixtũ: propter Duo.ſ.pp ſonũ ſeu vocem:& propter anhelitũ:Ideo ſeruit ipſi:& voci:& nõ eſt ſonoꝝ verſus Gulã:quia ibi eſt lene: & quaſi carneum: & ideo ſi trachea:& epyglottis nõ ſunt ſicca Decenter:ſed humida:ſit raucedo:teſte Gal.in lib.de voce:& anhelitu:ut conſtat ante potũ:vel cibũ liquidũ/q̃ vox clara eſt & ſonora: ſumpto vero potu p̃ Gulã humectante tracheã:ipſi proximã & unitã/ nõ clara vox redditur: & ſi ſupfluę humectet potu/vel reumate fit raucedo:Et ideo ſenes propter harũ partiũ humiditatẽ:rauci ſunt:& corpora ſicca:clariorẽ:& magis ſono-

ram: habent vocē humidis: & si viaꝫ vocis instrumenta aperiantur: tūc subito multus exit Aer: & iste est anhelitus: & si cōstringantur/ cū anhelitu: est aliquod audibile/ Diuersum Diuersitate instrumenti cōstricti: & si epyglottis cōstringitur: fit vox/ si vero sola cāna fiet quoddā: ꝙ est inter anhelitū/ & vocē: & hæc est raucedo/ hæc Gal.

¶ Ex prædictis patet gutturis substantia: cuius panniculus inferior est satis solidus & durus vt resistat catarris: & screatibus malis: & vapori capnoso respirato a corde: & vt resistat motibus gutturis in voce/ situs: figura/ & colligantia & numerus & iuuamenta gutturis: ac sua quantitas / sunt conspicabiles. Sua cōplexio est frigida & sicca. Passiones omnium modorum patitur.

¶ De Capite Gutturis: quod Epyglottis Dicitur.

VIsis prædictis ad supremū Gutturis Deuenio/ huius membri substantia principalis: est ex chartilaginibus pluribus: artificiosæ & magna Diligentia inuicem coniunctis/ ex quibus resultat vox: & vitæ conseruatio / has chartilagines inuicē ligant: musculi / ligamenta/ & panniculi tegentes totā tracheā/ intra: & extra.

¶ Hoc membrū teste Gal. non est ex vna sola chartilagine/ sed ex pluribus Dissimilibus figura: & quantitate/ vt merito numeri Dilatari possit: & constringi propter anhelitū: & vocē. Et suç chartilagines sunt ad minus quattuor: quaꝫ vna: nō est pura chartilago/ ideo auctores cōmuniter ponunt in epyglotti tres chartilagines/ quæ sunt pure: Prima pura chartilago: Dicta est peltalis/ seu scutalis vel scutiformis/ quia formā gerit scuti/ ipsius cōuexum est ante versus/ cōcauū vero est cōuersum ad epyglottis centrū. ſ. ad viā aeris / & hæc est alijs maior/ quæ a nobis in anteriori parte colli sub cute videtur eminens notabiliter.

¶ Post scutalē versus Gulā: seu Meri/ est secunda pura chartilago: quę nomine caret/ nec a græcis/ nec a latinis nomen habet: & ideo vocatur chartilago innominata/ seu nomen non habens/ hæc secunda habet suā partem inferiorem perfecti circuli/ cum qua est retro / ante: & a lateribus: vnita cum supremo circulo tracheę arteriç: & versus anterius/ est cū sua circulari parte sub scutali firmiter vnita: & scutalis habet Duo addimenta notabilia: quibus amplectitur secundā: & istæ Duę simul vnitę componunt totū porū aeris circularem: ante/ retro: & a lateribus: tota liter chartilagineum: & Durum.

¶ Tertia chartilago etiā pura: vocatur cōmuniter cymbalaris: & Gal. vocatur Antyoidea/ quia est alligata intra chartilaginē secundā: in ipsius supremo versus porū aeris in opposito ossis hyoidei. Hęc tertia est tanto minor secunda/ quanto prima, est maior secunda: & hæc chartila-

go iudicio meo nō est vna sola/sed Duę: vnitę taliter ꝙ videnť vna sola: & hęc gerit in sui apertione: uicē valuaę Duaę parui libelli: quaę vna clauditur versus aliā: & oppositō modo operantur in sui apertione: & hæc chartilago: quando clauditur in suo superiori: & etiā in inferiori: facit foramē latius: q̄ in ipsius medio: & tūc habet tale foramē/quale/seu qualia: habet tuba in suis extremis. Maius tamē superius/q̄ inferius: ideo Gal. Dicebat octauo De iuuamentis/ꝙ adesse vocis oportebat epyglottim esse primo amplā: Deinde strictā: & Deinde iterū ampliari: & quādo hæc clauditur obuiat scutali: & quando aperiūtur suę partes seu sua latera: vadunt versus chartilaginem nomē non habentem.

¶ Supra has tres chartilagines est quarta/quę est corpus mēbranosum chartilagineū & pingue/simile linguis fistulaę: & ideo Gal. vocat glotidam: vocatur etiā sublinguiā: & hoc est principalissimū vocis organū: & glotida nō est membrū ex pura chartilagine/quia Durum Difficulter plicatur: nec ex pura mēbrana/quia in claudendo Duplicaretur/sed est cōpositā ex mēbrana & chartilagine: propter Decētē clausurā: & in ipsa est etiā pinguedo/ne exsiccetur: tū motu fere cōtinuo: tum etiā spirādo & respirando aerem exsiccantē: hoc membrū: habet claudere epyglottim Deglutionis tēpore: & cimbalaris etiā claudit: hęc a retro/glottida vero anterius/taliter ꝙ ordinarie: nec in vomitibus: nec in Deglutionibus: aliquid ingredi. potest pulmonis cānam.

¶ Et epyglottis nō est ex una sola chartilagine: sed ex plurib⁹ vt possit Dilatari: & constringi in Diuersitatibus vocum formandis: & ideo natura Dedit istis chartilaginibus: & etiam gutturi musculos seruientes/quorū quattuor: vniunt primam chartilaginem secundæ: & istoę duo: sunt intra: claudentes epyglottim: & Duo extra.

¶ Sunt & alij quattuor: qui iungunt secundā cū tertia. ſ. cū cimbalari/quoę Duo sunt posterius: & isti aperiunt/Cimbalarē ad posteriora trahentes: & duo a lateribus: ipsam etiā ad latera trahentes.

¶ Sunt duo alij musculi circa scutalem chartilaginē intra epyglottim/qui claudunt cimbalarem.

¶ Sunt etiā intra epyglottim duo alij musculi circa radicem cimbalaris: claudentes etiā epyglottim: & isti. xij. sunt proprij chartilaginib⁹ epyglottis/nulli partiū adiacentiū copulati: teste Gal. vij. De vtili.

¶ Glottida etiā habet unū par musculoę: quibus mediantib⁹ claudit supremū epyglottis: & isti sunt fortiōres alijs: teste Gal. viij. De iuuamētis: & isti resistunt musculis pectoris: & alijs musculis aperientibus epyglottim & forte ſm aliquos ꝙ isti sunt vltimi Duo imediate Descripti.

¶ Vltra prædictos sunt etiā alij octo musculi/quorū Duo sunt proprij

cānæ pulmonis/teste Gal.in libro De voce/& anhelitu/& isti sunt in canali gutturis/& istos Auic.Dicit esse apud gulam.

¶Est aliud par musculoꝝ gutturi seruiens:nō principaliter tamē:sed seruit etiā mēbris vicinis:& hoc par cōtinuat tertiā chartilaginē cū Gula.

¶Et sunt Duo alij gutturi seruientes:ad Destructionē quoꝝ fit raucedo. Et isto modo erunt.xx.musculi seruientes epyglotti:& gutturi.

¶Et hinc cōphēdit error aliquoꝝ modernoꝝ/qui credūt in faucib⁹ esse Duos ꝓprios musculos ipsis seruiētes/putātes ꝙ Auic.i.primi de musculis gutturis:p guttur intelligeret fauces:sicut fecit nona tertij/sed hoc negamus/qa faux nō est aliquod Determinatū mēbrū/vt latius Diximus in nfis sup Mūdino cōmētarijs:Et ideo recte iudicare intēdētes:nō cōfidāt in nominib⁹/qa interptātes De Grēco:& De Arabico in latinū (ſepe ignari)capiūt vnū pro alio:& isto mō fere oēs sciētię sūt spurię:interptū varietate.

¶De Gulā.

POst Guttur inuestigāda est Gula/quæ locū gutturi posteriorē ante spinā tenet/hęc a faucib⁹ p collū & pectus:cōtigua Aortæ Arteriæ:& spinę septūtrāsuersum pforādo ad vēticulū Descēdit:hanc gulā aliqui latini:cib oꝝ ministrā:& Dispensatricem/Arabes Meri/grēci Oesophagum:quasi ferens comesta vocant.

¶Hoc mēbrū:Directe vsq; ad q̄rtū sphōdilū pectoris inclusiua Descēdit: Deinde paulisper obliquātur ad Dextrū cędens locū Aortę Descēdenti:ne Deglutita impediāt.Aortę mot⁹:& cū est nō multū Distās a septotrāsuerso parū subleuat/ne chilim cōprimat venā:& vt meli⁹ firmet ꝑ substētatiōe ꝑdictoꝝ neruoꝝ Descēdētiū:Deinde iteꝝ circa Decimū sphōdylū:incipit obliquati ad sinistrū:& sic obliquata ad ventriculū Descendit.

¶Huius mēbri substātia:carnea est & pellicularis/longos attractioni seruiētes hñs i interiori pāniculo villos:cuti oris:& labioꝝ terminatos:& latos i exteriori/expulsioni seruientes/expulsionē ad inferius & ēt superi⁹ se cōtrahendo iuuantes.& isto modo villi longi & lati iuuant Deglutionē: iuuant etiam vomitū/& gulę hęrent Duo nerui Descendentes a cerebro vtrinq; vnus/a quibus oriuntur reuersiui.

¶Et gulę pāniculus interior:est Dēsior in sui sūmo/q̄ in imo/& ibidē Densior/q̄ in vēticulo:& Dēsior in vēticulo q̄ in primo intestino/qa materiæ Digestę:nō reqritur ęque fortis resistētia in tacta:sicut indigeste:& hic pāniculus interior cōtinuat ori:vt attractio ciboꝝ sit continua/qua mediāte epyglottis ascēdit/naturaliter in deglutionib⁹/attractus a villi Meri:seu gulæ/ꝓpter fortem inuicem ipsoꝝ colligantiā:& hinc cōprehenditur/ꝙ Meri est pars ventriculi/continua ipsi:cū gradatione.

¶Epyglottis ēt ascēdit teste Gal.lib.De voce/& anhelitu:qa in tota inte

riori pte gutturis est pāniculus ipse in inuoluēs: alligatus vsq; ad oris/& labioꝝ extremū/in quo sunt ēt villi longi epyglottim ad supiora trahētes.

¶ Et sunt aliqui Dicentes epyglottim etiā ascēdere volūtarie/qa cū volumus ascēdit: & isto modo hēbit ex motu volūtario & naturali motū cōpositū. Aliter tñ sentit Gal. in lib. De motib⁹ liquidis: tenens q; tantū naturaliter ascēdat epyglottis/in cuius ascensu/necessario musculi Glotide: trahunt ipsam ad inferiora: & forte nō volūtarie mouentur tales musculi/quia epyglottis ascendendo attracta a villis prędictis: secū Ducit glotidā/sicut alias chartilagines/in cuius ascensu/necessario glotida Deprimitur: quia est alligata suis proprijs musculis/qui sunt vniti cū sua parte inferiori versus tracheā: & cū supiori ipsi glotide: qui nō ascēdūt cū glotida: & ideo ipsam ad inferiora trahunt: & isto modo etiā nō voluntarie semp in Deglutionib⁹: per ascēsum epyglottis clauditur glotida/modo p̄dicto/quo fit/ne bibita/& Deglutita transeāt ad guttur/nisi in hora: in qua festinat Deglutio anteq̄ compleatur ascensus epyglottis. & tūc natura cū tussi expellit in cānā ingressa si pōt. In hystoria. n. habet q; Fabio p̄tori/& Anacreonti pōetæ: contigit suffocatio/huic vuę passę azino/Illi pillo in lacte austo/ Clauditur tñ glotida voluntarie a suis musculis/qñ volumus retinere inspirationē & respirationē/ & isto modo prædicti musculi glotide/ipsam claudunt/interdū per se/& interdū per accidens.

¶ Figura gulę est oblonga/in supiori parte in faucibus Dilatata/vt tuba/& est nō cānulata. Est enim tāq̄ intestinū/cuius orificium inferius/ventriculo est continuū/vbi notabilem habet sensum/pp notabiles ramos neruorum a cerebro ad ipsum terminatos. Sua quantitas patet/Numero est vnū membrū colligat ori/& epyglotti firmissime/taliter q; cū Difficultate vnū ab alio sepatur. Colligatur etiā gutturi p totum/Cordi per arterias/hepati per venas/& cerebro p prædictos nernos. Sua complexio tendit ad calidū non excellenter/qa est valde pānicularis. Sua iuuamenta sunt Ducere Deglutita ad ventriculū/& multa supflua reducere ab ipso ad extra per os. Passiones omniū modoꝝ patitur.

¶ Qui cū Diligentia cupit gutturis/& gulę habere inuestigationē. Primo videat ipsoꝝ situm/incipiendo ab ima parte notando Gulam/ & ascendendo notet cū gutture ipsius colligantiā/ea falce vel alio ingenio ab inuicem sepando vsq; prope epyglottim/notando musculos prædictos/aliquibus quoꝝ videbit neruos reuersiuos alligari.

¶ Visis musculis separet gulam in suo supremo ab epyglotti/ & notēt ipsius chartilagines/notando etiam situm ossis lamdę/ quod cū Duobus suis maioribus additamentis amplectitur chartilaginē scutalem/& cū minoribus substinet linguā/videantur Deinde epyglotis tres chartilagines

prædictæ/& quarta chartilago vnita cũ pinguedine & pellicula/glotida Dicta/qua mediante fit epyglottis clausio/scindatur Deinde lingua suas prædictas partes notando/& hæc sufficiãt pro Anatomia medij ventris/ in quo fui prolixus & non incongrue/quia hæc Discipulis traduntur.

¶ De Anatomia Ventris supremi.



Enter supremus notiatur caput/qa ibi sensus initiũ capiũt: quod Græci Cephas Dicũt/& caput De p̃senti sumitur pro eo toto quod collo substentatur: in quo cõtinentur mẽbra animata. s. cerebrũ: de parte cuius anteriori facta est aliqua rum partium (melioris ordinis gratia) inuestigatio.

¶ Hic vẽter i hoie isignis est pp ipsi⁹ cõtentũ/q hẽr ptes cões: & pprias/ Cõmuniũ: alia est ante/alia post/alia lateralis/alia superius/alia inferius. Anterior sinciput/posterior occiput/laterales tẽpora & auriũ locus Dñr: & supior Dr interciput/vertex & cacumen. Inferior vero Dr basis capitis/ & mẽbroꝝ suoꝝ: An caput sit pp cerebrũ vel oculos alibi Diximus.

¶ Partes propriæ/aliæ sunt continentes/aliæ contentæ.

¶ Cõtinentes/ sunt omnes partes exteriores. s. primo pili/ qui tñ nõ sunt numerandi in partibus capitis: nisi improprie/quia non sunt mẽbra: sed numerantur tanq̃ superfluitas aliquando vtilis.

¶ Secundo cutis: quæ est grossa aliqualiter carnea/vt in ipsa bene firmẽtur pili: & vt sit scutum partibus sibi inferioribus.

¶ Sub cute est Diminuta caro vel nulla/excepta fronte & tẽporibus.

¶ Post cutem: & carnem est pãniculus circũdans totũ os capitis: Dictum Græce pericraneum & Arabice almocatim: & ab aliquibus zinzia mater.

¶ Post pericraneum sequitur os capitis/calua: & testa a Latinis Dictum: & Græce craneum/siue cranion/quia Durum.

¶ Contenta sunt pãniculus Durus: & pãniculus lenis: hic pia mater: & secundina. Ille vero Dura mater Dicitur: & supra os: in imo capitis infra pãniculum Durum: multitudinis vsus ponit Rete mirabile.

¶ Intra p̃dictos pãniculos est substãtia medullaris cerebri: cũ suis ventribus/glãdulis/vermibus: & neruis a cerebro ortis: pia tñ mater & Dura ab aliqbus ponũtur inter continentes. Nasus vero: & miringę auriũ pariter: & oculi ponũtur etiã inter partes capitis cõtentas: sed nõ in ventre supremo: cõtentę sunt tamẽ in capite: & ita in ipso tota facies est etiã cõtenta.

¶ Capilli igit sunt primo examinãdi/qui generanꝺ gratia materię vaporosę elleuatę a toto ad caput tãq̃ superfluitantes pp calorem totius: & inde fiunt pili capitis/capilli Dicti/gratia finis facti: quia sunt ad Decorẽ/vt aliquibus placet/& vt tueatur caput ab extrinsecis multis.

¶ Cutis capitis de se patet/hæc caret motu/nisi in fronte:& tẽporibus: & ideo priuatur musculis/paucum etiam habet senium.

¶ Excoriãdo totã cutẽ a capite videbis pãniculũ picraneũ dictũ: vndiq; inuoluentẽ caput factũ: vt dura mater suspendatur craneo p comissuras: & per multos alios poros cranei: hic pãniculus est etiã ibidẽ/ne craneum obuiet cuti:& carni capitis sine medio:& vt craneum ipso mediante sentiat:& vt huic pãniculo inhęreant venę:& arterię p exterius caput cibantes:& quæ per cõmissuras/& alios poros intrant/& exeuntes.

¶ Post istũ pãniculũ est os craneũ dictũ/quod p totũ a picraneo detege: formã ipsius cõsiderãdo/quæ debet esse rotũda/vt sit maioris capacitatis & minus apta ledi:& est leuiter a laterib⁹ cõpressa faciẽs prora ante/& pupim post/vt sui ventres sint longi melius seruientes operationib⁹ intellectus:& quælibet forma: deuians ab ista est praua:& quãto plus distat ab ista est deterior. Hoc os nõ est vnũ continuũ/nec durum/densum: vt sunt multa alia/sed rarũ siringosum/seu spongiosum: nõ multũ grossum/& comissuris/seu iuncturis aliquibus compositum.

¶ Suę tñ iuncturę nõ sũt nodatiles: sed seratiles dẽtales/& squamose/qa nõ mouent/& craneũ ẽ tale vt iũcturę suę sint firmiores:& vt si vni parti cõtigat lesio/aliq; illesę maneãt/& ẽt vt virt⁹ medicinę capiti pro cerebro leso applicãde/meli⁹ suũ iprimãt effectũ/& vt vapores eleuati a toto/& a cerebro facili⁹ exeant/& resoluãt/& iõ ipsi⁹ supma pars ẽ rarior q̃cũq; alia pte/nec ibidẽ est valde durũ/qa cacumini nõ accidit lęsio/sicut alijs ptib⁹/ callidissimus tñ Mars omnia lędit: est ẽt tale/ne grauaret corpus: est tñ in fronte grossius/qa mollius ibidẽ tñ duas hẽt tabulas/intra quas est vacuitas notabilis ne grauet corpus/& vt inter illas sit Aer implantatus suscipiens odores/& hæc pars est mollior alijs/qa suũ contentũ est mollius.

¶ Os vero posterius est durius/quia contentũ posterius est durius/est ẽt durius os posterius/quia oculi suo visu non possunt tueri ipsum/est tamẽ grossius & durius in lateribus/vt sit sonoꝝ/quia ibidem intra ipsius substãtiam debuit locari organum auditus.

¶ Pars etiã huius ossis in occipitio collum versus/est densa/grossa/cõpacta/& dura/& etiam lateraliter post aures/quia ibidem alligãtur cernicis cordæ validæ/quæ magnos/& fere continuos habent motus/& post aures sunt certæ eminentiæ acutæ/clauales & aculares dicte/durę valde/quibus alligantur musculi multi membra oris/& faciei/ac colli mouẽtes/quæ si molles essent prædictis motibus non resisterent.

¶ Et circa tempora hoc os est etiam durum/quia ibi sunt musculi magni mouentes mandibulas/& ideo omnia hæc ossa lateralia versus posterius sunt dura/vt petra/& petrosa dicuntur.

¶Pars etiã inferior huius cranei Dicta os basilare: est dura/maxime in directo palati/vbi sunt nerui optici: in crucis formam situati: per quod ibidem perforatũ vt cribrũ Descendit superfluitas humida; aquosa cerebri: & hic locus cõmuniter Dicitur collatorium.

¶Hoc os basilare in sui supremo nõ est planũ sed inequale/quod põt optime videri in cimiterijs/sicut & alię cranei partes: & etiã oia toti⁹ corporis ossa/ad quæ videnda nõ accedat qui nõ est legitimus medicus.

¶Numerę ossium totius capitis & nomina comissurarum suarũ optime Dixi in cõmentarijs super Mundino. Ideo a multis narrandis breuitatis causa supersedeo: maxime quia de ipsis scribentes nõ coincidunt:

¶Pars huius ossis primo occurrens est illa in qua sunt loca oculorũ frons Dicta/quæ terminatur in prima iunctura seratili occurrẽte: quę Dicitur coronalis/sic Dicta/quia vt aliquibus placet ibidẽ coronant Reges/vel forte: quia hæc comissura gerit formã quasi arcualẽ/seu circularẽ & coronalem/a sumitate capitis Descendendo vtrinq; vsq; ad angulos locorũ oculorę qui sunt versus aures.

¶In opposito huius ossis est unũ aliud os/terminatũ in iunctura seratili posita in capitis postrema parte/quæ vocatur comissura lamdę/quia assimilatur illi litterę Græce quæ lamda vocatur, hæc comissura habet etiam formam arcus.

¶Inter has iuncturas est vna alia comissura etiam seratilis in sumitate capitis posita/ab ante retro porrecta: & hæc vocatur sagittalis: quia recta incedit ab vnaquaq; prædictarum arcualium iuncturarum ad aliã: sicut stat sagitta ad arcum.

¶Ad latera huius ossis supra duo ossa paris in parietibus temporum sunt duæ iuncturæ squamosæ (vtrinq; vna) quarum ossa inferiora superequitant ossa superiora.

¶Primæ tres iuncturæ/vocantur vere/per directũ intra penetrantes: & istæ vltimę obliquę penetrantes vocantur mendosæ.

¶Inter istas comissuras laterales ascendendo versus sagittalẽ est etiã vtrinq; vna alia iunctura squamosa/quę nõ videtur nisi raro in capitibus a tempore maceratis/vel in vltimate Decoctis: inter quas & sagittalẽ/sunt Duo ossa (vtrinq; vnũ) rariora cęteris ossibus capitis/quę Gal. vocat ossa bregmatis: & Auic. prima primi vocat craneũ/locus ille vbi copulatur iunctura coronalis cũ sagittali vocat ab aliq⁹ bregma/& zuendech: & capitis fontanella/in qua os vltimate pueris concrescit: & ibidẽ ponuntur cauteria & cerata & alia localia, pro cataris & multis alijs morbis: in alijs capitis partibus sunt etiã multæ alię iuncturæ/De qbus non fit sermo/quia De ipsis medici nõ curant tantũ sicut De prædictis.

¶ Ex p̄dictis patuit capitis situs: substantia & figura. Sua quātitas patet. Sua iuuamēta & colligātia: sunt pro pte Dicta & Dicenda. Numero est vnū. Numerus partiū Dictus est: & ēt cōmissurarū cranei: quaꝝ tres sunt scatiles Directe intra penetrantes: aliæ sunt squamosæ obliquę penetrantes. Sua cōplexio est complexio partiū cōponentiū ipsum. Passiones omniū modoꝝ patitur/quæ si sint in velaminibus & in ipso cerebro: mala iudicantur: plus & minus ſm locum & morbi qualitatem.

¶ De Dura Matre.

VIsis p̄dictis vt cōmodius videant intra craneū cōtenta: Diuide caput a collo circa tertiū sphondilū: Deinde seca craneū supra aures parū (circūquaq; vsq; ad intrinsecā circūferentiā ipsius taliter ne lędas Duram matrē) semper seruando situm prædictum.

¶ Hoc facto eleua os totum superius secatum a suo inferiori/cū aliquo elleuatorio apto & forti: quia vndiq; alligatur firmissime Durę matri: tam in cōmissuris q̄ in multis alijs ipsius poris.

¶ Eleuato craneo videbis Duram matrē etiā miringam dictam / quæ est pāniculus satis grossus nerueus & validus: est tamen porosus: vt a cerebro exeant vapores. Sua figura est plana/extensa in circularem formam/ cōprehendens totam intra se cū pia matre cerebri medullam.

¶ Dura mater est a prora ad pupim: per longum Duplicata: & indirecto sagittalis cōmissurę per quantitatē Duaꝝ vnciaꝝ intra substantiā cerebri/ Dextrā partē a sinistra Diuidens: Duplicatur etiā posterius per latum/Diuidendo cerebrū posterius ab anteriori: hæc secūda Duplicatio nō est inuicem alligata: vt alia prima/quia prima per ligamenta aliqua & per venulas: est inuicem cōiuncta: taliter q̄ in ipsa est vacuitas apta tenere intra se aliquid: & in ista vacuitate ab ante vsq; retro: sunt multæ venę a guideza prædictis ascensę/quæ ibidē a Duplicatione prædicta cōprimuntur: & cōpressę exprimunt sanguinem ad multos ipsaꝝ ramulos: qui sunt continui ramis pię matris nutrientibus cerebrum.

¶ Versus occiput in ista Duplicatione est certa vacuitas: vocata lacuna/ & platea/& fouea/& palmentū/in quā/pars huius sanguinis exprimitur: & fere semper ibidem est sanguis aliquis/ propter quē Erophilus. Istam lacunam vocauit tertiam venā: quia hæc vacuitas est oblonga vt vena: & alibi q̄ in venis/arterijs/corde: & in ista lacuna non reperitur sanguis sub forma sanguinis: & istam Duplicationem Auic. vocat Torcular.

¶ Sua quantitas/situs/colligantia: & cōplexio patent. Numero est vnus pāniculus/sua iuuamēta/vltra p̄dicta/sunt vestire cerebrū cū pia matre/ ſm longū/latū/& profundū/solū circuendo: & in ipm vt supra patuit penetrando, Iuuat etiā mediando inter os Durū & piam matrē satis mollem.

Iuuat etiã in ſubſtentando venas/cerebrũ & membra ſibi vicina nutientes. Paſſiones omniũ modoꝝ patitur/ſua ſolutio notabilis eſt praua.

¶ De Pia matre.

SVb iſtã eſt alia mẽbrana tenuis ſubtiliſſimis arterijs & venis per totũ iretita: immediate cerebro alligata/Dicta pia mater & ſecũdina/quia nutrit cerebrũ ſicut ſecundina fœtum: & iudicio meo: in iſtis minimis arteriaꝝ ramis in pia matre vndiq; diſperſis/ſubtiliatur & præparatur ſanguis ſeu ſpiritus vitalis/vt in cerebri ſubſtantia & in ventribus efficiatur animalis: vt in cõmentarijs ſuper Mũdino Diximus.

¶ Hæc membrana: neruea & tenuis eſt/ & alligatur Duræ matri in ſumitate ipſius a prora vſq; ad pupim per multas venulas/& cũ aliquibus venulis circa latera capitis: & eſt alligata per totum ſubſtantię cerebri/quod nutrit: & ſm veritatem Duo vermes intra cerebri ventres locati: trahunt ortum a venis & arterijs iſtis/a quibus Defertur ſpiritus ad intra ventres: & etiam ſanguis partes cerebri intrinſecas nutriens. In parietibus etiam ventrium eſt aliqua portio piæ matris/portans ſanguinem & ſpiritũ/ſanguinem ad partes ſibi vicinas nutiendas: ſpiritum vero pro animæ operationibus ſicut faciunt vermes antedicti.

¶ Ex prædictis ſua ſubſtantia/figura/numerus/colligantia & ſitus patẽt: patet & quantitas/ quæ non ſolum cerebrum extra: ſed etiam intra ventres: & in multis plicaturis/ſeu anfractibus notabiliter ingreditur: licet alii qui Dicant in poſtremo ventre non eſſe piam matrem propter ipſius ſubſtantiæ Duritiem: nutritur tamen hæc pars: & ideo habet venas: paruas tamen. Sua complexio innata eſt frigida & ſicca/iuuamenta patent. Paſſiones omniũ modoꝝ patitur. quæ ſunt Deteriores q̃ in Dura matre.

¶ De Medulla Cerebri.

POſt piam matrem occurrit Cerebri ſubſtãtia: medulla improprie Dicta: quia nõ nutrit nec humectat oſſa ſibi vicina: ſicut alioꝝ oſſiũ medullę/ſed oſſa capitis nutriuntur vt ipſam conſeruent.

¶ Sua ſubſtantia eſt conſpicabilis/mollior ante & ſuperius/ q̃ poſt & inferius/ q̃titate excedit cerebri alioꝝ animaliũ quantitatẽ: tum pp ſpirituũ animaliũ multitudinẽ/tum vt ſua cõplexione frigida & humida contemperet ipſos/qui a corde calidiſſimi veniunt.

¶ Suus ſitus patet/& etiam figura/quæ eſt talis ſupra: & per totũ: qualis eſt forma cranei: habet tamen multas plicaturas manifeſtas in primo aſpectu: & etiam multas abſconditas/quæ videntur in ipſius ſectione/intra quas per totum ingreditur pia mater ipſi ãnexa. Sua colligantia apparet/& apparebit ex ſuorum neruorum cognitione.

¶ Numero eſt vnum membrum. Duas tamen habet partes/quæ nõ ſunt

totaliter a b inuicem ſepatæ / ſed notabiliter vnitæ.

¶ Vna pars notabiliter in magnitudine aliam excedens: eſt ab ante vſq; retro / replens totam concauitatẽ cranei: ante & in medio a ſũmo vſq; ad imum: & retro replet tantũ partem ſupremã cranei: etiam in directo maioris partis oſſis lamdę / & hæc pars vocatur cerebrum ãnterius.

¶ Alia pars longe minor prima / cerebellum ab Ariſt. Dicta: & prima ſolidior: replet capitis poſteriorem & inferiorem partem: & hæc ſitum ſuum habet in poſtremo capitis ſub parte prima antedicta: in hac tamen parte cerebri poſteriore cerebellum Dicta / non eſt aliqua concauitas ſeu ventriculus: vt notant multi: eſt bene tecta circũquaq; a Dura & pia matre / & ſenſus hæc omnia monſtrat. Prima pars antedicta: Diuiſa eſt notabiliter a Dura & pia matre: in Duas partes ſm capitis longũ / in Dextrã. ſ. & ſiniſtrã partem: vt ſua ſubſtantia & ſui ventres ſint Diſtincti & Duplicati.

¶ Primo igitur in altero laterum talis Duplicatiõis / cũ raſorio Diligenter moue (lateraliter ſm ſuperius & inferius) piam matrem ſimul cũ notabili quantitate cerebri / Deſcendendo per tres Digitos plus & minus ſm q̃ inuenies ipſius ventriculos.

¶ In quolibet enim latere talis Duplicationis reperies vnã notabilem vacuitatem: ventriculus Dicta / quæ eſt per longum porecta aliqualiter obliquata / verſus poſterius lateraliter Deſcendens.

¶ Viſo vno latere: vide & aliud: in quo videbis idẽ p idẽ: ſicut ĩ añdictos & hi vẽtres ſũt Diuiſi a ſuba cerebri: vt ſi cõtingat vni parti nocumẽtũ ne cõtingat alteri: & opatiões vni⁹ptis taliũ vẽtriũ: ſunt ſi'es alteri ſibi pari.

¶ In iſto ventriculo vtriq; circa baſim eſt vna ſubſtãtia: pellicularis / rubea / vermis Dicta / ex venis & arterijs cõpoſita / quæ ab vno extremo ad aliud cuiuſlibet ventriculi tendit / quæ motũ habet / ſm aliquos: aperiẽs & claudens ventriculos voluntarie.

¶ Infra tales uermes ad ipſorum latera / eſt certa pars cerebri eminens / quã multi aſſimilant natibus humanis in figura / quæ in elongatione / pariter: & clauſione uentrium: ſe contingit / in abbreuiatione vero & Dilatatione ipſoq; ab inuicem ſeparatur.

¶ In iſtis uentriculis antedictis / cõmuniter in parte ipſoq; anteriori ponitur fantaſia / ſenſus cõmunis: / & imaginatiua.

¶ Viſis prędictis moue notabilem cerebri medullę partẽ: ut diligẽtius uideantur aliq; cerebri uacuitates: notãdo in baſi anteriori prędictaq; Duaq; uacuitatũ unũ foramẽ / quod eſt cõmune p̃dictis uacuitatib⁹ / p quod ſpiritus & etiã aliquę humiditates in ipſis contente / Deſcendendo exeunt ad certã uacuitatem tendentem uerſus os baſilare circa locum ubi eſt certa caro glandoſa ſub incrutiatione neuoq; obticoq;.

¶Hæc vacuitas vocat a Mundino lacuna/ab Auic. caput roſç/& ab alijs Embotũ/qa eſt lata ſupius/ſtricta inferius/vndiq; circũdata a pániculo tenui vſq; ad os baſilare/& p iſtud Embotũ (ad prædictũ os ibidẽ/vt cribrũ ſubtiliſſimus porris perforatũ) euacuant vt plurimũ humiditates ſupflue cerebri/quæ poſtea in anfractib⁹ multis oſſis baſilaris ſupra os palati locatis/ingroſſant ab aere p nares attracto/& a calore naturali/& demũ extra mittunt p nares & os/mediãtib⁹ faucib⁹/in ea forma quç oĩb⁹ nota eſt/pp diuerſas cauſas/diuerſam hñs ſubſtantiam/colorẽ/quãtitatẽ & figurã/ex prædictis patent cerebri iuuamenta/ quæ tamen alia ſunt ab Ariſto.& alia Gal.& a ſequacibus/quos vide. Paſſiones omniũ modoq; patitur: ſua ſolutio eſt lçtalis/non ſemper ſed vt plurimum.

¶Iuxta iſtud Embotum verſus poſterius: etiam ſub ventre ſeu ventrib⁹ antedictis/eſt certa vacuitas oblõga aliqualiter/cuius parietes ſunt ſicut nates antedictæ/quæ claudũt & aperiũt talem vacuitatẽ quãdo opus eſt/vel a motu prædictoq; vermium: qui immediate ſunt ſupra ipſas/vel alio motu a ſpiritibus facto.

¶Et iſtam vacuitatẽ cõmuniter Authores ponũt pro vẽtriculo medio/in quo dicunt eſſe virtutem cogitatiuam.

¶In poſteriori pte hui⁹ medij vẽtriculi: eſt foramen paruũ: quod tendit ad vnã aliã vacuitatẽ/quæ deſcẽdendo eſt verſus locũ vbi eſt principiũ nuche: & hęc vacuitas nõ eſt in cerebello antedicto vt putant multi: nec eſt circũdata vndiq; a ſubſtãtia medulari cerebri/ſed ẽ inter poſteri⁹ & añrius cerebrũ ſita/circũdata notabiliter verſus cerebellũ a pia mẽe/ipm tegẽte.

¶Et iter iſtã vltimã vacuitatẽ & vẽtriculũ mediũ añdictũ: eſt certa caro glãdoſa conariũ dicta: qa eſt in forma coni ſiue pini: hęc glãdula ibidẽ ſubſtẽtat multas venas piçmẽis/aſcẽdentes verſus cerebri centrũ/vt ipm nutriant: & hæc glãdula trãſcolat multas humiditates ad mediũ vẽtriculum antedictũ/a quo ad embotũ pdictũ: & inde/vt ſupra patuit expurgant.

¶In iſta vacuitate vltimo loco dicta/quæ eſt poſt mediũ ventriculũ/dicta ventriculus poſterior/Authores cõmuniter ponunt virtutem memoratiuam. Ego autem aliter ſentio.

¶Et dico primo virtutẽ aphenſiuã/cogitatiuã/& memoratiuã: eſſe ĩ primi dieb⁹ cõcauitatib⁹ pro anteriori vẽtriculo poſitis/tã in parte dextra q̃ in ſiniſtra/& aphenſiua ſeu ſenſus cõmunis eſt in parte ipſius anteriori: & cogitatiua in medio/in poſteriori vero eiuſdẽ eſt memoratiua.

¶Et dico vẽtriculũ antedictũ/quẽ authores ponũt pro medio vẽtriculo nõ eſſe pro cogitatiua/ſed eſt via pro expurgatiõe ſuperfluitatũ multarq; cerebri/& pro deferendis ſpiritib⁹ ad tertiũ antedictũ uentriculũ/qui ſpũs nõ ſeruiũt virtuti memoratiuç/ſed virtuti motiuç & ſenſitiuç/qui veniũt

a primo ventriculo antedicto/sensui cōmuni seruientes:& hinc cōprehē-ditur ꝙ nuca virtualiter hēt ortū a parte anteriori cerebri: vr̄ etiā nuca substātialiter oriri a parte anteriori cerebri/tū ex ipsius colore:tum etiā ex cōtinuatione:q̄ tñ est etiā cōtinua cerebello posterius locato/maiorē Directionē tñ & etiā colligantiā hēt cū cerebro/q̄ cū cerebello p̄dicto. Hæc tñ melius & vberius Diximus in cōmentarijs super Mundino.

¶De Neruis a Cerebro ortis.

POst prædicta sunt vidēdi nerui a cerebro orti:q sunt cōiter septē paria/De quolibet pari:est vtrinq; vnus/similis suo socio. Neruus .n. grece neuron seu neutis Dictus:est membrū cōsimile/albū/substantia viscosum/figura oblōgū & rotūdū/ad separādū tenax & Durꝫ: sensus & mot⁹ organū:& puri sensitiui sunt molliores & frigidiores motiuis.

¶Elleua igitur leuiter cerebrū a parte anteriori incipiendo:& inuenies in directo supioris partis nasi/Duas substantias albas oblongas (vtrinq; vnā) hęrentes pię matri/quaꝝ capita sunt aliquātulū grossa/ q̄ a multis vocantur carūculę mamillares:& sunt instrumeta sensus odoratus/quas Gal. nō vocat neruos/qa sunt molles/in directo ipsaꝝ:pāniculi cerebri & os frontis sunt perforati vt cribrū:tū pp odores/tū pp supfluitates cerebri expurgandas in necessitatibus/quia vt plurimū expurgātur per collatoriū:quod est indirecto emboti antedicti:& ibi ante:in craneo est certa uacuitas notabilis: aere vt plurimū repleta in quo aere:ab istis caruncu lis:primo percipitur sensus odoris.

¶Post carunculas prædictas:videbis Duos magnos neruos:qui seruiūt oculis pro visu:& hi vident incruciari:De hoc tū adhuc sub iudice lis est.

¶Post istos est vnū par neruoꝝ/quod ponitur pro secundo pari:& hi dant motum oculis.

¶Post istos est tertiū par:quod paulisper vnitur quarto / a quo postea separatur:& Descēdēdo spargitur p faciē:& intra & infra os basilare vnit cū sexto pari nunc Dicēdo:& simul faciunt neruos prędictos:Descendētes ad mēbra ventris medij & inferioris: & ab istis oriuntur reuersiui.

¶Postea sunt nerui quarti paris:Descendentes ad palatum pro sensu gustus:& hi sunt subtiles:aliqui tñ capiunt tertiū par pro quarto:& ecōtra/sicut Diximus in cōmētarijs:& ibi Diximus cām talis erroris.

¶Est Deinde quintum par quod vtrinq; disseminatur intra os basilare indirecto aurū:& seruit seusui auditus.

¶Postea est sextum par:quod miscetur tertio vt prædictū est. postea est septimū par:quod quia obliquū est:Dat motum linguæ:& etiā aliquibus musculis epyglotti seruientib⁹:dat etiam sensum gustus ipsi linguę.

¶Horum neruorum substantia est omnibus nota/sunt tamē posterio-

tes anterioribꝰ Duriores: quia pars cerebri posterior est Durior anteriore: propter sensus interiores. Sua figura/quantitas/situs/numerus: & colligãtia patent/in cõplexione non sunt multũ sicci: & ideo non habent fortes motus: & sunt frigidi natura. Iuuamẽta sua etiã patent. Passiones omniũ modoꝝ patiunt/quæ oẽs sunt prauę: ꝑꝑ colligãtiã & suas opationes.

¶ De Rete Mirabili ſm cõem opinionẽ: & aliqd De nuca.

VIsis prædictis/Depone totũ cerebrũ cũ illa portione Nuchę: quæ est inter sphondylos: quos secasti: & cũ capite seruasti: prius ipsiꝰ notando situ/substantiã: numerũ: & figurã/sua colligantia cũ cerebro est Dicta superius. Quantitas ipsius & alia ipsi requisita: melius notabuntur ex Dicendis: in cuius initio iuxta cerebrum: est certa vacuitas continua vacuitati cõmuniter positæ pro ventriculo memoratiue virtutis/ꝑ quã trãseũt ad suos neruos spũs/a cerebro missi: pro sensu: & motu. Et nuca (sicut & cerebrũ) vellat a dura: & a pia mr̃e/vt sẽsus demõstrat.

¶ Istis notatis sup est sola dura mater/ qa remouendo cerebrũ remouet & pia mater/propter ipsoꝝ inuicem/firmã: & continuã colligantiam.

¶ Inter Durã matrẽ & os basilare: in regione in crutiationis neruorum opticoꝝ: vbi est collatorium antedictum/ascendunt per os basilare Duæ notabiles arterię: una est a Dextris alia a sinistris: vt supra patuit in cap. De Aorta ascendente/a quibus vt Dicunt cõmuniter Authores supra os immediate sub Dura matre/efficiuntur multi subtilissimi rami: inuicẽ mirabiliter vnus supra alium vniti/ad instar retis: occupantes ante/retro & a lateribus magnũ locum. Deinde ex istis multis ramis iterum enascũtur Duæ arteriæ similes primis/a quibus efficiuntur prædicti parui rami: & hæ Duæ venæ postea iterum sacræ magnæ supra craneum ascẽdunt ramificare vsq; ad ventres cerebri: ipsis portando spiritus subtiliatos in isto Rete mirabili.

¶ Et iuxta istud Rete aliqui Dicunt esse duas glandulas ipsum substentantes: & Dicunt iuuamenta istius Retis esse: vt ibidem causetur spiritꝰ vitalis subtiliatio: vt melius ad minima Diuisus alteretur: & efficiat animalis: & forte vt ex vaporibꝰ a cibo eleuatis: & a cerebro cõdẽsatis inferius cadentibꝰ: sui minimi rami facilius opilentur: & somnũ causent.

¶ Istud tamẽ Rete ego nũq̃ vidi: & credo naturã nõ operari ꝑ plura: id quod põt ꝑpauca/sed natura põt subtiliare hos spiritus in minimis ramis arteriaꝝ Descendentiũ supra Durã matrẽ: hęrentẽ ossi basilari: & ꝑ piã matrẽ vsq; ad cerebri centrũ ascendentes/ ergo nõ datur ibidẽ inter Durã matrẽ & os basilare hoc Rete/multas alias rationes sup hoc Dixi in cõmẽtarijs sup Mundino/ ad quos breuitatis causa remitto legentes: & inter alias rationes experientia sensualis est mihi Auriga.

De Naſo.

VIſis prædictis occurreret ſermo de oſſe baſiliari/ſed quia ipſius Anatomia/maxime De ſuarum partium numero: ab authoribus ponitur Diuerſa/& etiã quia hoc os melius ſpeculatur in cimiterijs/q̃ in cõmuni ſectione. Ideo De ipſo ſermonẽ pſtringo: remittendo huius artis cupidos ad cõmentaria noſtra: & ad cimiteria.

¶ Dicamus ergo aliquid De Naſo/qui De præſenti capitur pro parte illa præcipua eminenti/quæ a ſupercilioꝝ centro: ęquali porrecta iugo: vtrãq; aciem Diſcernit: & munit: huius membri partes inferiores latera les: Gal. vocat alaria/aliter alulæ Dicũtur/ſua pars ſuperior Dicitur le por: & ſumũ Naſi/inferior imũ naſi/pars media exterior: eſt Dicta co lumna: & ipſius interna pars Diuidens Dextram partem a ſiniſtra: vo catur ſeptũ porrectum: & interſiniũ naſi: & aliqui vocant naſi inferio ra foramina nares/ſed De præſenti a nobis/cauernoſitates ſupra pala tum in oſſe baſilari locatę/nares vocantur: in quibus ſuperfluitas cere bri humida tranſcolata ingroſſatur/De qua aliquid Diximus ſupra.

¶ Naſi ſubſtantia eſt ex cuti/muſculis/chartilaginibus: & oſſibus: & pã niculo tegente oſſa ſua. Sua cutis eſt taliter muſculis eius vnita/q; ſe parari nequit/niſi Difficulter. Sua pars anterior: & inferior eſt chartila ginea: ſuperior vero oſſoſa. Sui muſculi ſunt Duo: parui: duri tamẽ/vnus eſt a Dextris/alter a ſiniſtris verſus inferius magis/quia ambo oriuntur a pomis mandibulaꝝ: & mouent Alas naſi: ad quã partẽ vult homo.

¶ Poſt muſculos ſunt tres chartilagines/vna in medio: & Duæ latera les: quæ ſunt molliores media/quæ Dura eſt ſatis/vt teneat naſum (quẽ Diuidit intra per mediũ) rectum: & firmum.

¶ Oſſa naſi ſunt Duo triãgulata: frõti cõtigua/verſus angulos lachry maꝝ perforata: foraminib⁹ paruis: a quibus humiditates in oculis: & ab oculis in naſum: & a naſo i ore penetrare poſſunt: & propter hoc gu ſtatur ſapor medicinaꝝ poſitaꝝ in oculis a lingua.

¶ Et os frõtis indirecto naſi eſt pforatũ vt cribrũ: vt ſeruiat pro odore & vt p ipſa foramina exeãt humiditates ſupfluę a cerebro: trãſeũdo pri⁹ p foramina/q̃ ſunt in ſuis pãniculis circa caruncularum mamillariũ loca.

¶ Ex prædictis viſa eſt naſi ſubſtantia: Numero eſt vnum membrum: Diuiſum tamen in Duas partes ad interius: vt ſi vna pars ledatur/al tera firma ſit: ſua figura: quãtitas/ſitus/& colligantia patent. Sua com plexio ponitur frigida/& ſicca. Sua iuuamenta ſunt ad Decorem/& ad ducendum & reducendum aerem ad pulmonem: ducunt etiam materiã per colatorium ad cauernas antedictas miſſam extra ſe/quæ cauernæ Dicuntur De præſenti nares.

¶Passiones omniū modoꝝ patiuntur: & sua solutio faciliter consoli-
datur / in sui inferiori extremo interdū applicātur sanguisuge: ad saffati
& ad id genus/Sua propria passio est lesio virtutis olfatiue: q̄ ipsi potest
cōtingere principaliter ꝓpter opilationē factā in foraminibus existēti-
bus in osse basilaria in directo caruncularium mamillariū prędictarum.

De Palpebris.

PAlpebrę a palpitādo gene etiā Dicte/sunt pelliculę ōculos tegen
tes omnibus notę. Sua substātia est ex chartilagine & mēbrana/
cū minima: & forte vt aliquibus placet: cū nulla parte carnea:
exceptis musculis: & est chartilaginea: vt in ipsa pili figantur: qui stant
recti: duri: vt melius tueantur oculos: hi Dicuntur cilia: a celandis oculis:
est etiam chartilaginea: quia melius resistit extrinsecis: & vt stet erecta
quādo aperitur/quia si esset pellicularis: Deprimeretur faciliter: & cute
tegitur propter tutelā: & Decorem.

¶In superioribus palpebris sub cute sua: est panniculus a pericraneo
ortus qui intra flectitur suā inuoluens chartilaginem extra & intra vsq;
ad tunicā corneā: cōiunctiua mediante tegēte musculos oculi: & in infe
rioribus simili modo tendit panniculus ortus a pānículo pomoꝝ faciei
ossa tegente: & isto modo videtur quod cōiunctiua tunica oriatur etiam
a panniculo tegente ossa inferiora faciei.

¶Circa istā chartilaginē quā Gal. vocat Tarsum: est aliqua pinguedo
humectans ipsas necessitatis causa: ne exsiccentur / propter motū suum
fere cōtinuū: Superiores solæ mouentur/Inferiores vero minime.

¶Et vtinq; suus motus est ex tribus musculis teste Auic. quoꝝ vnus
aperit: qui est in medio: Duo vero alij sunt in angulis: qui claudūt: Gal.
tñ. x. De vtil. cap. viiij. nō vī ponere nisi Duos musculos: quoꝝ vnus Dī eē
in angulo versus autē/quē Dicit aperire: si solus moueatur/& alius in an
gulo nasi/quē Dicit claudere/si etiā solus: moueatur: & si ambo ęqualiter
mouentur/nō magis palpebra claudit: q̄ apiatur: & hæc semi clausio
vocatur ab Hyp. curua palpebra/quę infert in morbis malū inditiū: &
etiā Gal. ibidē. c. x. Dicit ꝙ nūq̄ cognouit musculū p̄dictū ad angulū nasi
locatū/qa vidit ibidē magna applicari cauteria pp fistulas: & tamē ad-
huc remāsit motus in palpebris/qui nō remansisset: si esset ibi musculꝰ.

¶Et asserit. xj. De vtil. c. xiiij. ꝙ cutis musculosa frontis: & pomoꝝ faciei
suo motu sufficit ad clausionē & apertionē palpebraꝝ: & aliqui addūt
cū iuuamento musculoꝝ. Aristo. tamē secundo De partibus aīalīū. c. xiij.
Dicit palpebras moueri nō voluntarie: sed naturæ instinctu: mihi tamē
videt: ꝙ habeant motū propriū & cōmunē: cōmunis est a motu frontis
& pomoꝝ faciei: proprius vero est a suis propriis musculis/ qui habent

ſuos neruos annexos palpebris: & muſculo mouente frontem: & muſculis temporalibus / & pomorum facieꝝ: vtrum autem iſti nerui veniant a nuca: an a cerebro ſenſu nõ percipitur. Inquit tamẽ Auic. quod in ſola palpebra ſuperiore ſunt muſculi / quia ſunt propinquiores ſuo principio. ſ. cerebro / qui ſunt parui: & aliqui dicunt ipſos eſſe ſine cordis: de ſitu quoꝝ aliqui inter ſe ſunt diſcordes.

¶ Et palpebræ inferiores teſte Auic. nõ mouentur: quia motus ſuperioꝝ ſufficit ad perfectam clauſionem & apertionem ipſaꝝ ad inuicem: & inferiores ſunt minores ſupioribus: & oculis magis coniunctæ: ne propter magnitudinem & ſeparationem ipſaꝝ ab oculis: aggregarent in ſe lippitudinem: & lachrymas: & alia extranea / teſte Gal. x. de vtil.

¶ In ſubſtantia palpebraꝝ in quolibet angulo / ſeu canto verſus naſum: ſunt duo foramina parua ſenſibus manifeſta: vnum in ſuperiore palpebra / aliud in inferiore: per quã exeunt lachrymæ: & in iſto angulo ſunt carnes ſpongioſæ: quæ intra ſe tenent talem humiditatem lachrymaꝝ: vt humectent mẽbra ſibi vicina: ne exſiccentur: & tales humiditates interdum veniunt a naſo: & etiam a cerebro per venas ſuoꝝ pãniculoꝝ.

¶ Situs palpebraꝝ / numerus / quãtitas / figura / & colligãtia patent / ſubſtantia eſt tacta. Sua cõplexio ponitur frigida / & ſicca: iuuamenta ſua ſunt tueri oculos a minutis & lenibus. Oſſa vero adiacẽtia tuentur ipſos a magnis & duris: & iuuant in ſomno fiendo: ſui pili. Iuuant etiam oculos ne in palpebris apertis puluis: & alia minuta ipſos lædant: & ſua nigredine corroborant viſum: & non ſunt valde ſpiſſi / ne obumbrent viſum: nec nimis rari: vt prohibeant minuta intrare ad oculos.

¶ Paſſiones omniũ modoꝝ patiuntur: & inter alias patiuntur ſuoꝝ pilorum inuerſionem / quæ curatur cauterizando quẽlibet pilum inuerſum / in ſua radice cũ acu aurea: poſtea curantur / vt alia loca cauterizata.

De Anatomia oculoꝝ.

VIſis palpebris occurrunt oculi ab occultando dicti. occultantur. n. inter palpebras / ad quos videndos: ſcinde primo os frontis in directo ipſoꝝ: taliter / vt ſaltem alterum eoꝝ videas modo infra dicendo: notando primo neruũ ſuum qui opticus eſt dictus: qui perforando ipſius tunicas verſus centrũ ipſius tendit: & inter cõiunctiuã & corneã eſt notabilis pinguedo / & caro glandoſa: ſuſcipiens humiditates: ſicut facit caro glandoſa radicis linguæ: quas extrariuat interdum per naſum: & per foramina quæ ſunt in palpebris ante dicta: quibus mediantibus tam pinguedine / q̃ humiditatibus ſeruantur oculi ab exſiccatione.

¶ Ibidem ſunt etiam ſui proprij muſculi / qui ſunt ſeptem / quoꝝ vnus mouet ſurſum / alter deorſum: & vnus alius dextrorſum / & alter ſiniſtror-

sum:& duo transuersaliter tendẽtes mouent circulariter: septimus vero est prope neruũ opticũ/quẽ sustinet:& eleuat:& ipsum tuet a lacrimis: dum oculi firmãtur in intuitu cõtinuo:& ideo hic solus firmat oculũ/istũ musculũ aliqui dicunt esse duplicatũ:& aliqui triplicatũ:& hi omnes musculi habent suos neruos a secundo pari neruorum cerebri.

¶ Visis prædictis separa musculos/pinguedinẽ prædictã: simul & carnẽ glandosam a suis pelliculis/quæ sunt realiter quattuor. Ponuntur tamen cõmuniter septem/quia differunt aliqualiter substãtia/situ/colore/figura/& quantitate:& complexione/colligantia tamen non differunt: differunt etiã aliqualiter in iuuamentis.

¶ In istis pelliculis/quę mẽbranę: & oculoꝝ tunicæ vocantur/sunt tres humores/aliqui tamẽ addunt quartũ/quẽ ęthereum vocant.

¶ Tunicaꝝ igitur istaꝝ primo ante incipiendo/occurrit coniunctiua/sic/dicta/quia coniungit oculũ capiti:& hæc oritur a pericraneo:& a pãniculo circũossali:tegente inferiora faciei ossa. Immediate tamẽ oritur a pellicula intrinseca palpebraꝝ:orta a prędictis pãniculis:orit etiã aliqualiter a pericraneo tegẽte orbitas oculoꝝ:& hęc sola est verę vna tunica.

¶ Ista cõiunctiua tamẽ nõ tegit ante totũ oculũ/sed in loco vbi ipsa deficit:ante oculũ:in medio/est secunda tunica/quæ quia diaphana est vt cornu/cornea nominatur/hæc secundũ aliquos quattuor habet tunicas exiles: vt compertũ est in suis vlceribus.

¶ Huic corneę versus posterius est vna tunica non lucida/sed opaca:& dura. Ideo Sclirotica dicitur/quę posterius tegit totũ oculũ. hæc tamẽ est maior cornea:& istę duæ ab aliquibus ponuntur pro vna/solum ꝓpter colligantiã/quia ambę oriuntur:seu alligantur durę matri.

¶ Post istas etiã ante incipiendo/est vna tunica dicta vuea: & coronoydea:& foraminalis/quia est perforata sicut corona: & sicut granũ vuę: quãdo remouetur a suo suspensorio/seu racemo:& suũ foramẽ vocat pupilla. Suus color est varius:sed sæpe niger:& iridia s:seu lazuleus.

¶ Huic versus posterius alligatur vna tunica/quæ est fere similis magnitudinis qualis est vuea:& etiã eiusdẽ coloris:& hæc vocat secũdina/qa ipsa:& etiã vuea oriuntur a pia matre secundina dicta/vel vt aliquibus placet:hæc secundina nutrit oculũ/sicut secundina fœtum.

¶ Inter secundinam/& vueam est humor dictus albugineus/qui indirecto pupillæ venit vsq; ad corneam: & ibidem hic humor est lucidus/clarus magis q̃ alibi:& ideo aliqui dicunt/q; hic humor dicitur ęthere? & sic ponũt quattuor humores:& quia istæ duæ prædictę tunicæ/oriũtur a pia matre/aliqui dicunt ipsas duas/esse vnam solam.

¶ Post ista: tunicas sunt duæ aliq/vna anterius/alia posterius/quæ est

maior anteriore/anterior vocatur Aranea/posterior Retina: Aranea est subtilis densa tamen: lucidior adamantina gema/Retina etiam est subtilis/sed non lucida vt Aranea.

¶ Inter has sunt Duo humores/versus posterius & a lateribus: est humor vitreus/qui assimilatur vitro liquefacto: est tamen aliqualiter Densus: & viscosus/in parte cuius anteriori locatur humor cristalinus/sicut locata est gema in annulo/humor vitreus est longe maior cristalino/sed cristalinus est durior vitreo: & lucidus est vt gema. Istę etiam Duæ antedictę tunicę oriuntur a neruo optico secundum Authores: & ideo ponuntur pro vna/quę tamen si sint vna vel Duę: sicut etiã aliq: parũ cõferunt medico: Et nerui optici secundum aliquos sunt notabiliter perforati: hoc tamen negat sensus in mortuo animali: Cętera Diximus oculis spectantia in cõmentarijs nostris.

¶ Ex prædictis visa est oculorum substantia/sunt siti in suis orbibus. ſ. in Duobus foraminibus magnis in fronte locatis/& non sunt multũ extra eminentes/ne lędantur ab extrinsecis/& propter hoc habent supercilia extra eminentia: & inferius ossa pomoꝝ faciei. Suus numerus/colligantia/figura: & quantitas patent.

¶ Sua complexio propter humores ponitur frigida & humida: & propter panniculos ponitur frigida/& sicca: & pro multitudine spirituum ponitur calida. Sua iuuamenta sunt omnibus nota. Passiones omnium modorum patiuntur. Sua propria passio/est visus ablatio/Diminutio/& corruptio.

¶ Si hęc omnia non potes videre in vno oculo/vide in ambobus: vide saltem in vno musculos: & carnem glandosam cum sua pinguedine/simul & coniunctiuam/in alio vero vide tunicas: & humores. Docta tamen manus difficiliora perquirit.

¶ De Auribus.

POst oculos occurrunt aures/sic Dictæ ab hauriendis vocibus/vel quia audes sunt vocũ/& tã chartilago ipsaꝝ: q̃ foramina Dicunt aures: sua pars suprema exterior Dicitur pina/vel pirula. & lobꝰ/inferior vero fimbra & lobus: vbi sunt certę venæ notabiliter fluentes/si soluantur/sua pars interior Dicitur scaphus.

¶ Sua substantia est chartilaginea/vt sit ab extrinsecis tuta: & sonora: motu vt plurimũ caren:/in ipsaꝝ ima parte: aliqui putant esse virtutẽ memoratiuã. Ideo volentes memorari ipsas partes cõfricant: veritas est/ꝙ illa concauitas postrema primi vẽtriculi Duplicati cerebri/in qua ego pono virtutẽ memoratiuã: tendit oblíq̃ versus aures: & forte ꝙ propter hoc confricatio talium partium iuuat memoratiuam.

¶Hæc membra teguntur cute/aliquam tamẽ habent carnem: firmiſſime vnitam ſuæ cuti / in ipſis non eſt ſenſus niſi diminutus. Sua figura eſt omnibus nota / ſunt anfractuoſæ: ſicut conchiliæ: vt melius ſine impetu inundet in ipſis aer faciens ſonum.

¶Suum foramen eſt in oſſæ groſſiore quacũq; alia parte cranei. Intra quod eſt certa vacuitas: quam claudit quidam panniculus ſubtilis: & ſolidus / ſm aliquos ortus a neruo auditiuo / qui eſt ex quinto pari neruorum cerebri.

¶In prædicta vacuitate/quã ante uelat prædictus pãniculus: eſt aer implantatus/qui ſuſcipit ſpecies auditus/quas dat neruo auditiuo dilatato in pãniculum/qui vocatur miringa auris: & tũc ſenſus auditus cõprehendit vndam vocalem: & omnem alium ſonum ipſi aduenientem.

¶Et huic panniculo intra prædictam vacuitatem adiacent duo officula parua/aptã moueri ab aere ibidẽ proximo moto/quæ in ſuo motu ſe inuicem percutiunt/ a quibus ſm aliquos cauſantur omnes ſpecies ſoni: plus & minus ſm aerem extrinſecus motum.

¶Sunt aliq volẽtes p̃dictũ pãniculũ oriri a pia matre/quæ trãſit cũ neruo auditiuo ad p̃dictã vacuitatẽ: De ſuo tñ ortu vide cõmentaria nſa.

¶Ad hæc bene videnda requiritur Docta manus/cũ tenaculis falce ſerra: & maleo apto/ quia prædicta: tam neruus/qui venit ab intrinſeco: q̃ miringa/ quæ eſt verſus foramen auris/ cum officulis prædictis: cum Difficultate videntur.

¶Ex prædictis viſa eſt intrinſeca/& extrinſeca auris ſubſtãtia: ſuus ſitus/ quantitas/figura/numerus: & colligantia patent. Sua cõplexio eſt frigida & ſicca. Sua iuuamenta eſt omnibus nota. Paſſiones omnium modoꝝ patiuntur. Sua propria paſſio eſt læſio virtutis auditiuę.

¶De Mandibulis ſuperioribus.

VIſis auribus / ne aliqua pars capitis intacta maneat / ad ſuperiores mandibulas venio/ quæ poſtpoſitæ ſunt prædictis membris/ melioris ordinis gratia. Iſtis mandibulis ſunt tantum Duo propria oſſa ſub naſo: & per longum palati vnica cõmiſſura Diuiſa: in quibus ſunt Dẽtes: qui ſunt/figura/nomine/& numero ſimiles illis: qui ſunt in inferioribus mandibulis.

¶Secundũ aliquos hę mandibulę ſuperiores. xij. & pluribus ſunt conſtitute oſſibus: impropric tamen: qa oculoꝝ: & oſſa paris: & primoꝝ facieꝝ & alia oſſa addunt: Duobus ante dictis oſſibus.

¶Harum mandibulaꝝ ſubſtantia/numerus/quantitas/ſitus/figura/colligantia: & complexio patent. Sua iuuamenta ſunt/quæ inferioꝝ: & quæ palati. Paſſiones omnium modoꝝ patiuntur.

De Anfractibus supra Palatum.

A Faucibus supra palatum ad foramina nasi est via ampla: per quã cõtinue spirat: & respirat homo: huic supius versus sunt certę Camerculæ/ Anfractus / seu Cauernæ: sub colatorio infra embotum cerebri positę: quarę parietes ossosę/ subtiles/ & pelliculosę sunt: hîc p nasi foramina/ & per fauces ad os: cerebri grossa excremẽta extrariuantur.

¶ Ad ista bene vidẽda: viso prius magno foramine ossis basilaris p quod descendit Nuca: & bene inuestigatis illis sphondylis colli: quos cũ capite eleuasti: serra/ vel falce Diuide os basilare per mediũ vsq; ad palatũ inclusiue: & prædicta omnia optime videbis.

¶ De Anatomia Extremorũ.

EXpedito capite: in sectione communi primo occurrit pars colli posterior: tenon/ & ceruix Dicta: cuius situs est ab ossę capitis basilari: vsq; ad septimũ sphondylum: a capite inferius Descendendo inclusiue.

¶ Hæc pars habet partes contentas/ & continentes: cõtinentes sunt cutis/ musculi/ pãniculi/ & sphondyli.

¶ Contentę sunt membranæ nucam tegentes/ ipsa nuca cũ suis neruis: venis / & arterijs.

¶ Continentium aliæ sunt extra/ aliæ intra/ quæ sunt extra: aliæ superiores: aliæ inferiores/ & aliæ mediæ.

¶ Exteriores supiores vocantur ab aligbus fontanella colli: & est locus vbi primus: & etiã secundus sphondylus copulantur capiti. Hic locus ab Auicẽ. 4. primi vocatur Alchadam: in quo Dãtur cauteria multa ad Diuersas capitis dispositiones: & ibidem etiã ponuntur setones.

¶ Sua pars infima ab Auicen. Dicitur Alchael: siue Alchel: & pars media inter hæc vocatur nocra.

¶ Ab Alchael vsq; ad Alchadã inclusiue: inter quẽlibet sphõdylũ: Dant cauteria actualia pueris: i pseruatiõe ab Epylepsia: & ẽ remediũ singlare.

¶ Inter partes cõtinentes exteriores: etiã ponitur cutis primo occurrẽs/ quæ est excorianda: vt aliæ partes exteriores cõtinentes videantur. Cmusculi: qui in hac sectione postponuntur pp cãm: Dictam in Anatomia partium anteriorũ colli: qui tamẽ excoriando possunt inuestigari aliquo modo confuso: & ipsos abijciendo/ notando prius ipsorũ quantitatẽ/ substantiam/ situm/ complexionẽ. & figuram: postpositis: numero/ colligantia: & ipsorũ iuuamentis: quæ integre non possunt cõprehendi: pp antepositam sectionem capitis: & partium anteriorũ colli: quibus visis: occurrunt colli ossa: inter partes continentes anteriores posita.

¶ Hæc ossa sphondyli dicuntur: & sunt septem/qui sunt subtiliores cæteris: quia debent esse leues/ne grauent corpus: & sunt tales/quia Nothos: nuca corrupte dicta: est grossior ibidem/quę descendendo semper subtiliatur: qa dimittit partē suę substantię pro quolibet sphondyli. Primꝰ tñ sphondylus capiti vnitus: in parte posteriori est grossior alijs sex: hēt tñ latius foramē: & maior pars sphondylū vsq; ad os sacrū habet alas: & simenia/qbus hic primus caret/vt caput possit melius flecti ad posteriꝰ: & ne laceret neruos iuxta se a nuca exeūtes. In isto ēt sphondyli versus supius sunt duę foueę/in qbꝰ intrāt duę buccellę ossis basilaris: iuxta illud magnū foramē: p quod exit nuca: Hēt etiā duas alias foueas fere similes versus inferius: in qbꝰ ingrediunt duę buccellę secūdi sphondyli: licet sint aliq dicētes istas buccellas esse ī primo sphondyli: & ingredi in secūdo. Primus sphondylus p ligamēta fortia vnit capiti/sup quo flectit lateraliter.

¶ Post primū sphondylū sequitur secūdus: qui differt ab oībus alijs: in figura. Hic. n. sphondylus in suo sumo habet certū additamentū / quod Hyp. nominabat dentē: a Gal. vero vocatur piroydea propter suā formā acutā: & hoc additamentum ingreditur in certā foueā/quæ est in primo sphondyli: distincta a foramine/p quod exit nuca: & propter hoc caput tute mouetur ante/retro: & secundū rotondū seu obliquū: absq; dislocatione sphondylorum prædictorū: quæ esset facilis: si ipsi non resisteret prædictū additamentū/quia iunctura secundi sphondyli cum primo: est laxior omni alia: in tota spina reperta. Aliæ etiam spinę colli iuncturæ: sunt laxiores suis inferioribus: & habent sua ossa simenia: bifurcata: & parua/ne grauarent corpus.

¶ Post sphondylos colli: sequuntur duodecim sphondyli: quibus vniunt vtrinq; duodecim costæ: & isti vocantur sphondyli dorsi.

¶ Post istos sequuntur quinq; sphondyli lumbares & renales dicti: & ibi dem sunt Renes: & duo musculi dicti lumbi: istam regionē Auicē. vocat Alchatim: & hi sunt maiores alijs/& locus qui est inter supremū istorū: & infimū sphondylū costarū a Gal. dicitur glutū: & ab Homero Acrusta. In ista regione alligatur diafragma.

¶ Post istos sphondylos sequuntur tres alij / qui non sunt sphondyli nisi improprie: & hi ab Auicē. vocantur sphondyli Alhauius: & ab Auerroe vocantur ossa Agit: & a Gal. os sacrum: & amplum: sed hoc os sacrū secundū Gal. constat ex quattuor ossibus / quibus continuantur ossa ancharū/quæ vtrinq; cum isto ossę sunt firmissime vnita: & mandato naturæ aperiuntur seu separantur ab inuicem in partu. Ista etiā ossa anchatum: aperiuntur in tali tempore in pectine: vbi etiam naturaliter in alijs temporibus sunt firmissime vnita.

¶ Post ista ossa pri⁹ posita ab Aui. tria sunt ēt tria alia vocata/ossa Alhos/& caudę: & sic in totū cōiter veri: & nō veri sphōdyli sunt nūero. xxx. quoꝝ oīum subst̄ātia: est ossosa cū aliq̄li chartilagine: ītra suas iuncturas posita: & oēs firmit̄ p ligamēta sūt cōiūcti/ne ex motu facilit̄ Dislocētur.

¶ Sua quātitas/figura/situs/& colligantia: est cōspicabilis. Sua cōplexio patet/sua iuuamenta sunt tueri nucā: & suos neruos intra ipsos locatos: Sunt etiā fundamētū totius corporis: sed principaliter hoc faciūt sphondyli renū: & Alhauius. Passiones omniū modoꝝ patiuntur.

¶ Ad hos sphondylos bene inuestigādos requirūtur cimiteria: ediuuātibus aliqualiter nostris sup Mundino cōmētarijs: & vt sua subst̄ātia interior bene videat/simul & sua medulla cōiter nuca Dicta/magna falce Diuide sphondylos p mediū: a capite vsq; ad caudā: setuādo melius quo poteris nucā: & suos neruos illesam/facta tali sectione: sua ossa cōsidera bis & chartilaginē: & pāniculū: ptē ipsoꝝ ītrinsecā tegentē: & etiā ligamēta/qbus hæ vertebræ/seu sphondyli inuicē vniunt: his visis ad nucā rede.

¶ De Nuca.

INuestigatis sphondylis partes cōtētæ intra ipsos tā in collo: q̄ alibi videndę sunt: quaꝝ principalior est nuca cū suis neruis: aliæ partes sunt Duo pāniculi Duri: & unus lenis/Durior cęteris hęret ossib⁹: alter est loco Duræ matris etiā durus: alter est lenis loco secūdinę/seu pię matris: oēs circundantes ipsam Nucam & neruos.

¶ Subst̄ātia nuchę est viscosa/humida cū aliq̄li soliditate: & est filis substātię cerebri: paꝝ tñ Durior: & quāto plus Descēdit/indurescit magis/nec est medulla: vt putāt aliq/sicut neq; cerebrū. Sua figura omnibus patet.

¶ Suus situs/& locus: est ab infima capitis ptē: Descēdendo vsq; ad secūdū supremū sphondylū renū incluſiue: & istū locū nō trāsit/sed ab isto loco ītra. Tota nuchę subst̄ātia: ī multos Diuidit neruos/q Descēdēdo vsq; ad vltimū caudę sphondylū p ipsos Diuidunt. Numerus/& quātitas patēt: colligat oīb⁹ mēbris/ad q̄ vadunt sui nerui. Colligat etiā hepati: & cordī mediāte Aorta & chili: p certas minimas venas: & arterias: ad ipsam tēdentes p foramina sphondyliū. Hæ venę & arterię pforāt pāniculos prędictos Duros: ipsam circūdātes: & ingrediuut pāniculū lenē a pia mr̄e ortū/qua mediāte ipsi hęrendo vt subst̄ētentur nucā nutriūt/& vitalitāt. Sua cōplexio cōiter ponit frigida/& ficca: aliqui tamē aliter sentiunt.

¶ Sua iuuamenta sunt: vt ab ipsa vadant nerui ad mēbra nō in tanta Distantia/sicut si venirent a cerebro: & vt nerui sint magis distincti se inuicē nō impedientes: & vt sint sicciores/& ne ex sua lęsione imediate lędat cerebrū/& etiā si nō esset nuca/cerebrū esset maius/& nimis grauasset mēbra inferiora. Passiones omniū modoꝝ patitur.

De Neruis a Nuca ortis.

QVid sit Neruus/alibi Diximus/nō solū ipsoꝝ substantiā sed figurā & complexionē. A capite igitur ad vltimū spinę Dorsi Descendendo/sunt nerui a Nuca orti/ & hi sunt .xxxj. par/ & vnus neruus sine sotio/numerando sic. Primū par neruoꝝ exit a primo sphōdyli/vnus neruus est a Dextris/alter a sinistris/sicut sunt etiam semp in omnibus alijs sphondylis. Et secundum par exit ab intermedio primi & secundi sphondyli. Et similiter est tertium par inter secundum & tertiū sphōdylum colli/ & Descendendo quilibet sphōdylus habet vnū par neruoꝝ ipsi correspondens: aut in orificio sui sotij/aut in orificio sibi proprio/sed vltimus sphōdylus Alhouius/qui est cōtiguus primo ex tribus ossibus Alosos/siue caude: habet suū par neruoꝝ/sicut & sphondyli sibi superiores. Sed inter ipsum/& primum De sphondylis Alhosos: est aliud par neruoꝝ: & propter istud par Duplicatū sunt triginta vnū par/& vnus neruus impar: quia Descendendo inter primū sphondylū/ & secundū: est vnū par: & inter secundū/& tertiū est etiā unū aliud par: ab vltimo vero ossę/quod proprie cauda Dicitur/exit vnus solus neruus: & vt sic sunt triginta sphondyli veri & nō veri/& vnus neruus impar.

¶ Istorum colligantia est notior a quo q̄ ad quē: & colligantur maiori parti membroꝝ habentiū motum/suus situs & quantitas patet: sicut & numerus. Iuuamenta istorum neruoꝝ sunt Date motū & sensum. Passiones omnium modorum patiuntur.

¶ Ex prædictis patet ꝙ in humano corpore sunt triginta octo paria neruorum/& vnus neruus/qui in totum sunt septuaginta septem/ exceptis illud Duobus qui vadunt ad nasum pro virtute olphatiua/ qui cōmuniter non nominantur nerui: quia sunt molles nimium. Ego tamē voco ipsos neruos/inquantum sunt organa sensus odoris/& vt sic sunt septuaginta nouē: quoꝝ .lxiij. veniunt a nuca: &. xiiij. à cerebro vel. xvj. cōnumeratis secum caruncul⁹ mamillaribus: De quibus supra dictum est in anatomia neruoꝝ cerebri: qui postea ad infinitos ramos: & villos terminantur/quos nō cōprehendit sensus: & sunt isti. ſ.

Nerui a cerebro venientes sunt paria septem/seu octo.
Nerui nuchæ colli sunt paria octo.
Nerui nuchæ Dorsi seu costarum sunt paria Duodecim.
Nerui nuchæ renum/seu Alchatim sunt paria quinq;.
Nerui nuchæ Alhouius sunt paria tria.
Nerui nuchæ Alhosos cū Duobus neruis inter sphondylos Alhosos & Alhouius sunt paria tria: & vnus neruus impar a cauda exiens.

¶ In ista figura potes faciliter videre numerum sphondylium/ & vides qualiter a substantia primi sphondyli exeunt duo nerui: vnus ab vtroq; latere: & numerum neruorum potes notare in extremitate linearum in tali figura positarum.

¶ Nota tamen lector q; ista figura non habet veram similitudinem cum sphondylis nisi in numero: sed sua vera figura videtur in veris sphondylis exsiccatis in cimiterijs,



Vnus neruus solus,

De Anatomia manuũ.

VIsis prædictis ad venas manuum flebotomati ſolitas primo deuenio/cum quibus etiam videbimus chartilagines/oſſa medullã/& vngues/poſtpoſitis talium membrorum muſculis: qui in cõmuni ſectione non monſtrantur. Muſculorum tamẽ notitia eſt Chirurgicis maximum iuuamentum: teſte Auer. primo colliget: & ideo/quia in præſenti non poſſunt monſtrari/ponemus in fine operis certas imagines aliquos muſculos/maxime exteriores demonſtrantes. Ponemus etiã imagines oſſa principalia indicantes.

¶ Primo igitur occurrunt duo membra lateraliter locata/quæ ab humeris vſq; ad extremitatẽ digitorũ: Magnę manus a Gal. ſunt vocatæ: hæc membra de prẽſenti tres habent partes.

¶ Prima pars a ſuperiori incipiendo cõmuniter dicitur adiutoriũ: ſupra quod eſt ſpatula/quæ etiã ab aliquibus ponitur in magna manu.

¶ Sub prima parte adiutoriũ dicta: eſt ſecunda dicta brachiũ: & inter has eſt iunctura dicta cubitus: cõmuniter tamẽ brachiũ a multis ſumit pro prima/& ſecunda parte antedicta.

¶ Sub ſecũda eſt tertia pars: parua manus dicta: & iſta eſt proprie manus/ab emanãdo dicta/quia ab iſta parte fere omnia artificia emanãt. Inter iſtã: & ſecundã: eſt vna iunctura ex pluribus oſſibus compoſita/ dicta arabice Raſeta: & Aſcam: & grẽce carpus.

¶ Iſtis notatis: excoriabis totam cutẽ magnæ manus cum diligentia a collo vſq; ad digitorũ extremitates/& videbis primo venã Baſilicam. i. Regiã/antiqui ante Ariſt. iſtam venã vocabat lecorariã: & adhuc ſeruat illud nomen/quia cõmuniter dicitur vena hepatis: dicitur etiã Aſcellaris/ſeu Axillaris/quia vt ſupra patuit in Anatomia venarum: hæc vena tranſit per Aſcellam.

¶ Eſt. n. Aſcella locus ille vtrinq; cõcauus/q eſt infra humeros: in parte laterali inter ſupremã partẽ pectoris: & ſupremũ adiutorij/qui qa inreſpirabilis eſt: in multis grauiter olet: minime. n. euentatur teſte Ariſt. in proble. in his locis eſt notabilis pars carnis glandoſæ: quę ſuſcipit cordis aliqua excremẽta: ſicut & carnes quę ſunt circa inguina: & in collo circa guidez nõ multũ diſtãtes ab auribus/quę ſuſcipiunt ſupfluitates hepatis: & cerebri: & iſta loca vocãtur emulctoria cordis hepatis & cerebri. Iſtæ & carnes ſunt ſtragulũ magnis venis circa ipſas locatis.

¶ Hęc vena Aſcellaris & baſilica dicta: Deſcẽdit p̃ iteri⁹ & iferi⁹ brachij cũ arteria ſibi ſotia vſq; ad certã diſtãtiã: Deide vena notabilit ſola: mãiſeſtat circa iũcturã cubiti ĩ pte intrinſeca: & ibidẽ flebotomat: & cõfert principalit morbis pectoris/qa imediate eſt vnita venis nutriẽtib⁹ ſuas ptes.

¶ A collo vero p exteri⁹ ab humeris ad istã iunctură: p adiutoriũ transit vna vena Dicta spatularis/humeralis/& cephalica: quæ etiã circa iunctură cubiti flebotomatur/quæ principaliter confert morbis capitis/& colli/quia imediate vnitur venis guidez.

¶ Inter istas est vna vena transuersaliter tendens ab vna ad aliam/a quibus suscipit indifferenter sanguinẽ: hæc vocat nigra/cõmunis: & media/quia euacuat a mẽbris capitis: & pectoris/& cõsequenter a tota suprema parte: qua mediante euacuat etiã ab inferioribus.

¶ Et cephalica vt plurimũ sola Directe Descẽdit: vsq; ad paruã manũ/inter indicẽ & pollicẽ/& vocat ab Albucasi/& a Raxi: & etiã a me: vera funis brachij: & a Cauliaco/& a Canamusali: Dicitur cephalica ocularis. Hæc incisa confert capitis morbis: propter colligantiã cũ cephalica prædicta: & etiam propter directionem.

¶ Basilica vero etiã sola Descendendo fere vsq; ad manũ p interius: & inferius/obliquatur versus exterius circa paruã manũ/quæ emittit a se ramos inter minimũ: & annularem digitũ/& hæc incisa euacuat a pectore: basilica prædicta mediante.

¶ Inter istas Duas venas paruæ manus: sunt ut plurimũ rami aliqui inter indicem: & mediũ: & inter mediũ/& annularem/qui incisi stant loco venę cõis: sed ram⁹: q est inter indicẽ/& mediũ: plus participat cũ cephalica: & q est inter mediũ: & annularẽ: plus participat cũ basilica.

¶ A cephalica supra cubitũ p exteri⁹ brachij: Descẽdit vna vena a multis etiã funis brachij notata/q̃ vt plurimũ terminat in venis p̃dictis a lateribus medij Digiti existẽtib⁹: & hęc funis brachij nõ est i vsu flebotomãdi: posset tñ secari necessitatis cã: & educeret a capite/ga cephalicę ẽ cõti-

¶ Sępe ẽt a vena cõi/q̃ est i curuatura cubiti/erit vn⁹ ram⁹: q sol⁹ (nua. absq; ramo cephalicę p̃dictę Descẽdit iter pollicẽ/& indicẽ: & iõ alig dixere istũ ramũ iciſum cõferre i morbis: in qb⁹ cõfert vena cõis prædicta.

¶ Sæpe etiã ab ista vena cõi inter indicẽ & pollicẽ nõ Descẽdit aliqua vena: & hoc ego pluries notaui/nõ solũ in ista/sed in multis alijs venis: vidi ipsas & etiã arterias variare situm: & in aliquo individuo sui rami sunt Deficientes: & in aliquo superfluentes.

¶ Sæpe etiã inter indicem & pollicẽ/est ramus cõpositus ex ramo cephalicę: & ramo venę cõis: & tunc euacuat a cõi: & a cephalica: & magis a cephalica q̃ a cõi: ꝓpter maiorẽ directionẽ. Directio. n. venaꝝ ad mẽbra multũ cõfert ad euacuationes: teste Gal. in lib. De flebotomia.

¶ Et hæc De præsenti sufficiant De venis manuũ: ad quas bene inuestigãdas: cõsiderande sunt infrapositę imagines: in quibus videntur situs & nomina aliqua venaꝝ principaliũ: sequuntur imagines.

¶ Hic vides in vna figura uerã funẽ brachij ab humero tẽdẽ dire cte vſq; ad indicẽ & policẽ q̃ vocat ſalua tella a Mũdino i mãu pua & a Dino & ab Vgone & a ſeq̃cib⁹ ſcilẽ/q̃ ab Auic. hẽt p vno ramo venę cõis & vides i ambab⁹ figuris q̃ lit basilica ẽ i pte domeſtica brachij: & eã nutrit/& q̃ lit ab ea obliq̃t vn⁹ ram⁹ verſus ptẽ ſil ueſtrẽ man⁹ ppe iũcturã: q vadit it minimũ & ánularẽ: & vocat aſcelaris a galie. & a ſeq̃cib⁹: qa ẽ ram⁹ aſcelaris ſeu baſilicæ: & iſtũ ramũ int minimũ & ánularẽ videbis i ſubſequẽti figura: vides ẽt in iſtis duab⁹ figuris/venã cõem: q eſt ramus inter cephalicã & baſilicã/ſeu aſcelarẽ: & vides q̃lit a cõi vena vn⁹ ram⁹ igredit illũ ramũ venę cephalicę Deſcẽdẽtis q̃ tmiat it idicẽ & policẽ q̃ ab Albucaſi dr̃ fũis brachij & ẽ ab alijs vt. S. patuit





¶ In istis figuris vr̃ loc⁹ saluatellę mũdini/& locus saluatellę rasis: & locus sceylẽ Auic. & loc⁹ salubris Haly: & locus illi⁹ rami basilicę q terminatur ĩter minimũ: & annularẽ: quã venã rasis vocat saluatellã: & vr̃ qualiter illa vena quę Dr̃ funis brachij ab Auic. terminatur circa Digitũ mediũ in ramo venę quę Dr̃ sceylem ab Auic. & salubris ab Haly in hac etiam figura videt qualiter vera funis brachij est ram⁹ cephalicæ q terminat ĩter ĩdicẽ & policẽ: & ĩ istis venis sũt picti: & ẽt ĩ alia figura aliq rami pui q Disseminãt p musculos brachiorũ & mãuũ & oĩs vẽa nr̃i corpis hẽt illos/q tãdẽ terminãt ad capilares venas: & q̃uis q̃libet vẽa ĩ istis figuris picta nõ hẽat illos/hoc tñ nihil refert.

VIsis venis saltem in vna manu/quia sufficit/ omnia sua ossa sunt Denudanda/cum quibus etiam est videnda spatula:facta vt manus ab ipsa substentetur:& ne adiutorium alibi cum pectore sit continuũ/quia facilitas operationis manuũ vnius ad alterã Destrueret: & fieret angustatio:& fuit separata a costis propter suum fortem motũ & quia sic locata melius tuetur membra pectoris versus posterius: & fuit lateralis:ne in motu obuiet sphondylis/versus quos est subtilis/& lata vt spata:ideo vocatur spatula/sua pars versus adiutoriũ est grossa/ in capite cuius est certa cauitas.pixis Dicta/in qua reuoluitur extremitas superior rotunda adiutorij:Dicta vertebrum.

¶Os spatulæ ibidem habet Duo additamenta/unum est ad superiora: & posterius/quod ligatur cum furcula superiore pectoris:& vocatur rostrum corui/cuius iuuamentum est prohibere ne adiutorium ad superiora De suo moueatur loco:Aliud De Dictis additamentis est interius & inferius:quod etiam Dislocationem adiutorij prohibet.

¶Hoc os supra sui Dorsum habet substantiã triangulatã:cuius basis est versus posterius:& sua eminentia est versus interius/ne Dorsi superficies eleuet in acutum:& de facili lędatur:in cuius extremitate est chartilago.

¶Aduerte ꝙ chartilago est duplex/vna quæ omnino est Durior ossæ quacunꝙ alia parte animalis:& hæc est in extremo latiori ossis spatulæ:& in pectore & in epyglotti: & etiam alibi in multis locis:est etiã una alia chartilago Durior ista/quę tamen est mollior ossæ:& hæc est in extremitatibus ossium magnarum iuncturarum: qua ab Auicẽ. vocatur Alaguahic:hæc immediate hæret substantiæ ossium/alia vero chartilago in prædictis iuncturis hæret isti Alaguahic:& chartilagini molliori ante dicte postea imediate hærent in iuncturis ligamenta/ossa inuicem ligãtia:& hæc optime videntur in ossibus vltimate Decoctis.

¶Visa spatula vide os adiutorij/quod est maius De ossibus manus/ cuius figura est omnibus nota: aliqualiter curua in cuius concauitate: sicut & in alijs multis ossibus est medulla/Dicta medulla: quia est in medio ossium.

¶Medulla enim teste Arist.secundo de partibus animalium:est alimẽtum sanguineum:& est cõcoctum:cõtentiꝙ excrementũ: & Auicẽ. prima primi Dicit ossa nutriri ab ipsa: & hinc cognoscitur artificiosa natura/quæ cum non habeat semper venas aptas pro ossibus/in suis poris: & concauitatibus ponit suum alimentum:& si est etiam superfluitas: in ipsis ponit etiam excrementum/cum non habeat alium locum prædictis accõmodatum.

¶Extremitas inferior ossis adiutorij duas habet eminẽtias/quibus cõiungitur Duobus focilibus brachij / faciendo cum ligamentis fortibus

iuncturam cubiti:& in cauitate/quæ est inter prædictas eminentias/ingreditur extremitas focilis inferioris/quod est maius superiore quæ est curua/vt iunctura sit firmior/propter quasi continuos/& fortes motus huius iuncturę/quę propter hoc etiã raro Diflocatur:& si Diflocatur cum Difficultate in pristinũ gradum reducitur. Focilia brachij sunt etiã cõcaua:quia omnia ossa vel sunt intra cõcaua vel porosa:vt sint leuia/ne grauent corpus.

¶ Et extremitates istoꝝ focilium:& omniũ ossium: & iunctuaꝝ manus/& pedis/sunt grossiores q̃ in'medio/quia in extremis debent esse magna ligamenta/propter iunctuaꝝ fortitudinẽ: & in medio sunt subtilia: vt cedant locũ corporibus musculorum/qui necessario propter multiformes motus/Debent esse multi & magni.

¶ Post ossa brachij sunt ossa raserę/siue carpi/quæ sunt octo propter multitudinẽ motuũ:& etiam propter aliud.

¶ Postea est parua manus/pars cuius interior sine Digitis vola:& palma vocatur:pars vero ipsius exterior teste Arist.primo De histo.nomine caret:sua ossa sunt quattuor/excepto pollice/alijs Digitis correspõdentia/ex quibus cõponitur pecten manus:& procarpũ/seu procarpiũ:& antecarpũ/& metacarpũ:sunt tamẽ aliqui qui volunt/ꝙ primum os Digiti pollicis sit in Raseta:& ut sic pollex nõ habet nisi Duo ossa: & aliqui Dicunt/ꝙ primũ os pollicis est in pectine manus.

¶ Post pecten sunt Digiti:primo est pollex/qui habet Duo ossa extra volã:postea est index sibi proximus/iuxta quẽ est medius longior alijs postea est Digitus medicus:& annularis Dictus:postea est minimus auricularis nominatus. Hi quattuor habent tres iuncturas: & tria ossa: & etiã pollex iudicio meo habet tres iuncturas:& tria ossa/quia ego non pono primũ os ipsi seruiens/nec in Raseta/nec in pectine.

¶ In intrinseca parte Digitoꝝ est notabilis caro/quæ est stragulũ ossibus/ne lędantur in continuis obuiationibus rerum Duraꝝ/quas necessario tangunt in operationibus manuũ. A lateribus vero ipsoꝝ est minor caro:& minor in exteriori parte/quia istis partibus non obiuuant lędentia in suis operationibus sicut intra manum.

¶ Cordæ istoꝝ Digitorũ maxime exteriores ingrediuntur iuncturam suã superius:& quilibet Digitus habet cordã/De quibus in præsenti non fit sermo/quia nõ possunt videri sui musculi quorum aliqui sunt in alto in brachio locati:& cordę aliquę ad Digitos veniunt a ceruice/vt latius Diximus De Digito annulari in cõmentarijs super Mundino.

¶ In magna ergo manu sunt.xxxi.ossa/exceptis ossibus sisamijs:quę replent aliquas iuncturas:& primo est os spatulę/postea os adiutorij: postea Duo focilia brachij/&.2.Raseię/&.4.pectinis/&.15.Digitorum.

¶ In fine ossium Digitorꝫ sunt vngues/quaꝫ iuuamenta sunt ad Decorem manus & ad tutellã extremitatis Digitorꝫ:& ad capienda minuta:& vngues generantur ex superfluitatibus:sicut & pili:ideo cõtinue crescũt: etiã mortuo homine:ex prædictis patet manuũ substantia/ situs/numerus/figura:& colligantia ac sua quantitas patent:sua complexio est qualis sunt suæ partes.Sua iuuamenta non possunt Describi.Sunt.n.organorum organa:passiones omnium modoꝫ patiuntur.

¶ De Anaromia Pedum.

VIsis manibus vide & pedes/saltẽ vnum/qui sufficit,in ista sectione:sicut & vna manus:pes igitur Diuiditur in mꝫgnũ & paruũ/sicut & manus teste Haly & Gal.& pes teste Haly:hẽt quattu partes/prima pars dr ancha/Secũda coxa/tertia crus/quarta pes paruꝰ.

¶ Et primo est ipsius cutis excorianda vndiqꝫ a sumo ad imũ/In parte cuius intrinseca sub cute ab inguinꝫ per coxã Descendendo: est vnus notabilis ramus venꝫ chilis:qui cũ est subpoplite/vt supra Diximus:tripartitur:vnus Directe Descendit perinterius vsqꝫ ad cauillam Domesticã pedis:& hic vocatur saphena/qui in Diuersis secatur morbis.

¶ Vnus alter obliquatur versus exterius p surã & Descendit ad cauillã sylueſtrẽ:seu exteriorẽ:& hic vocatur siciatica seu scia/qui secatus cõfert dolori scie:& huius bifurcationẽ nõ cognouit Mundinus/nec sui sequaces: & forte quod hic ramus cõfert dolori sciatico quia aliqui sui rami vniuntur cum ramis venarum nutrientium musculos & partem exteriorem coxꝫ versus iuncturam scie.

¶ Inter istos ramos in Raseta pedis sunt venꝫ:utrisqꝫ prædictis ramis cõmunes/quꝫ interdũ secantur:maxime si alter istoꝫ duoꝫ antedictoꝫ nõ reperiatur/qꝫ sæpe cõtingit/ quia vt supra patuit venꝫ nõn seruant eundem situm/nec numerum:nec etiam quantitatem.

¶ Inter saphenam prędictã:& etiã sciaticã sub poplite vsqꝫ ad pedem paruũ:Descendit vnus ramus notabilis/qui mediũ tenet inter has q põt secari loco Deffitientiꝫ alterum prædictorum in infrascriptis imaginibus videbis prędictas venas saltẽ saphenã/& sciaticam.



¶ In istis tribꝰ figuris habes oēs vēas phlebotomari solitas ī pedibꝰ / & ī illa figura quę est in medio vides qualiter vna vena satis magna veniēs a parte domestica coxæ obliquat descēdēdo: & sub poplite bifurcatur cuius vnꝰ ramus vadit p domesticam partē pedis/ seu cruris: q vocat saphena usq; ad pedē paruum. Alter vero ramus vadit per partē silvestrē pedis qui vocatur scia: & isti rami tā interiores q̄ exteriores videntur in figuris lateralibus: qui phlebotomātur circa cauil

lam vel circa digitos pedum.

Vlſis venis pedis: muſculi ſunt remouendi totaliter ab oſſibus/ſicut & in manuum ſectione factum eſt propter eãdem cauſam: notãdo circa inguina illam carnem glandoſam: quæ eſt emulctorium hepatis: iuxta quã tranſit ramus prædictus venę chilis Deſcendentis a quo fiunt ſaphena: & ſciatica vena: & in tali carne imbibuntur materiæ ſuperfluentes hepati: vt alibi Diximus.

¶ Remotis muſculis remanent pedis oſſa: quoꝝ a ſuperioribus primo occurrens: Dicituros anchæ: quod os vtrinq; eſt vnum: hęc Duo oſſa in poſteriori parte/ vniuntur firmiſſime oſſi ſacro ſeu oſſibus Alhouius. In pectine vero ſe inuicem iungunt: Et tam anteq̃ retro: hæc Duo oſſa nutu Dei aperiuntur in partubus: & propter partum hæc oſſa ſunt magis cutua: & ampliora in fœmina q̃ in mare: & hæc oſſa quattuor habẽt nomina/ ante vocantur oſſa pectinis/ pẽnis/ pubis/ & femoris: & ad partem poſteriorem vocantur oſſa anchæ: & ad ſuperiorem/ & anteriorem vocantur oſſa illij: & Alharthapha/ & ad inferiorem in loco in quo eſt cõcauitas pixis Dicta/ in qua ingreditur caput oſſis coxæ/ ſuperius rotũdum vertebrum Dictum/ vocantur oſſa ſciæ & acceptabulum.

¶ Iſtis Duobus oſſibus anchaꝝ in parte poſteriori adiacent nates/ anitendo Dictę: & ſeſſus a ſedendo/ in iſtis partibus caro eſt Denſior/ q̃ in cęteris mẽbris/ ne pręmente corporis molle oſſibus prçmatur: & iſtæ partes ſecundũ aliquos habent colligantiá cũ toto: ideo Dicunt ventoſas/ & ſanguiſugas ibidem applicitas eſſe ibidem vicarias fleboromiæ/ & ſũt obtuſi ſenſus quia parum neruęæ ſunt: & præſtant inter alia iuuamẽta requirem corpori ſedendo: tuentur etiam Anũ a frigore & ſunt ad Decorem abſcondendo locum ẽxcrementorum.

¶ Poſt iſtud os ſeu oſſa anchę ſequitur os coxæ/ longum/ interius plicatum: & exterius cõnexum: & groſſum maius omni alio corporis oſſę/ vacuũ/ ut ſit leuæ/ in quo eſt medulla/ ſicut & in alijs magnis oſſib⁹/ & iunctura inter iſtud os/ & os anchę vocatur ſcia: iſtud os hẽt Duo additamẽta ſuperi⁹/ & duo inferius: ſed ſupiora ſunt maiora/ quoꝝ vnũ ingredit prędictũ pixidẽ oſſis anchę in cuius cẽtro pter alia ligamẽta/ cũ uno ligamẽto cordoſo/ rotũdo/ & duro firmiſſime vnit: ne De facili Diſlocetur.

¶ Et ſua additamenta inferiora iunguntur duobus ſocilis cruris/ in pte quoꝝ anteriori/ eſt os planũ rotundũ Rotula Dictũ & hęc omnia oſſa inuicẽ ligantur firmiſſime per ligamenta: & hæc iunctura vocatur Genu cuius pars poſterior vocatur poples.

¶ A Genu ad paruum pedẽ eſt crus/ cuius pars anterior crea Dicitur & poſterior ſura/ in iſta parte ſunt Duo oſſa prædicta/ quæ vocãtur ſocilia arundines/ colla/ tibię/ & cãę. Iſta duo ſocilia Differunt quantitate

nam os in Domestica parte locatum/est longius/grossius illo/quod locatur in sylvestri/& minus nō cōiūgitur cū osse coxe/sed infra genu inhæret magno focili/ut ipsum fortificet/& rectum teneat.

¶ Ista duo focilia versus inferius terminantur ad vnum os pedis parui: quod est satis grossum ab Auicē.nominatū os Cahab: ad latera cuius prędicta duo focilia faciunt illam eminentiā vtrinq; quæ cauillæ Dicunt: & ex his omnibus constituitur maior iuncturarum pedis parui.

¶ Pes etiam habet cōcauitatē inferius/& cōuexum superius/quod Dicitur mons/& altū pedis:& totus pes cōponitur ex multis ossibus/quorum primo occurrens est os cahab prędictum:sub quo est os calcanei/quod stando est versus inferius Decliue/ante os cahab est vnū os Dictū nauiculare/Deinde sunt quattuor ossa rasetę/quibus versus exterius vnitur vnū os sisaminū/Deinde sunt.v.ossa pectinis pedis:postea sunt.xiiij. ossa Digitorum/in iunctura media pollicis videntur etiā duo ossa sisamia/seu sisamina sic Dicta:quia assimilantur granis sisami.

¶ Et cordæ extendentes Digitos incipiunt in crea/& ipsos cōtrahentes sunt in planta pedis/quę cordę cū suis musculis nō possunt bene videri nisi in corporibus in aqua eliquatis/vel in sole exsiccatis.

¶ In extremitate ossiū Digitorū sunt etiā vngues/quæ iuuamēta sunt ea/quę in manibus/hoc excepto.ſ.q; non sunt pro capiendis minutis: Ex ante habitis via est pedū substantia/in quibus etiā sunt chartilagines/Alhaguahic:& arteriæ/sicut in manibus.Suus situs:figura/quātitas/colligantia/& numerus patent.Sua complexio est qualis cōplexio mēbrorū organicorū.Sua iuuamenta sunt mutare locum:& portare superiora ad libitū animę/pro ut possunt.Passiones omniū modorū patiunt. Sequuntur figuræ musculorum & ossium.

¶Hæc est figura quæ assimilat homini excoriato a cuti in qua videtur figuræ musculoꝝ exteriorum partis anterioris hominis/ per quã iuuantur medici in cognoscẽdis capitibus: & ẽt partibus medijs musculorum: vt inde meliꝰ possint prognosticari vulnera vlcera & apostemata: & ut etiam sciant facere sectiones vlcerum & vulnerum & alias chirurgicales operatiões absq; lesiõe cordarũ: quæ sunt in capitibꝰ ꝓdictorũ musculorum.





¶ In hac figura vidētur musculi exteriores laterales: corporis humani/ a q̄b⁹ medici reddunt cauti in prognosti eādis apostematibus: vlceribus & vulnerib⁹: & in sectiōib⁹: & in alijs operatiōib⁹ chirurgicalibus.

Hęc est figura: in qua a tergo vidē tur oēs musculi sub cute imediate locati: quæ prę stat iuuamenta prænarrata / medicis: & istæ figurę etiam iuuant pictores iu lineandis mē bris.





¶ In ista figura videtur formę: & sit⁹ & etiã numerus ver⁹ omnium ossium corporis humãi: exceptis ossibus: capitis & etiã ossib⁹ dorsi: quorum iuncturę oẽs non possũt videri nisi in corporib⁹ Decoctis vel exsiccatis in cimiterijs.



¶ In ista figura videtur ossa ptis posterioris hoīs videt ēt duæ calue: in quarū Dextra vr̄ coronalis cōmissura/q̄ est in pte supiori: vr̄ & sagittalis: q̄ est in medio: vr̄ ēt laude cōmissura: q̄ est in parte iferiori a laterib⁹ ēt videtur Duæ cōmissure a me supra nominate i anatomia cranei q̄ sunt supra commissuras squamosas existētes ꝓpe aures: sꝫ iste sunt fere insensibiles: a sinistris ē alia calua: in qua vident mādibule: & pars cōmissure corōalis: & duę cōmissure infra sagittalē ad vnū latus existentes: & vr̄ vnū os De Duob⁹ ossibus paris: qd̄ est a regiōe oculi seu ab osse Dictū pomū faciei tēdēs ꝑ latū capitis versus aurē.

Habes i hac figura numerum: formā: & sitū ossium manus & pedis, In manu sunt extremitates duorū focilium brachij: & octo ossa rasettæ: & quattuor pectinis: & quindecim digitorum,

C In pede habes os calcanei: & os cahab: & os nauiculare: & quattuor ossa rasettæ: & quinq; ossa pectinis: & ossa quattuordecim digitorum,

HAec sunt/ quæ in præsenti opusculum. pro communi Anatomia Discipulis nostris donauimus/De cuius fine laudetur q trinus & vnus est/quem humillime obsecro vt me ad maiora Dirigat: Amen. Et qui non est contentus De his recurat ad nostra vberrima sup Mundino cõmentaria. Valete in Dño/qui artis nostrę flores Apũ more colligitis. Nos.n. Rabidũ lectorem reicimus/ Cæteros ambimus/ac veneramur/iterum. Valete.

THic finiunt Vberrime ac Breues / Isagogæ Anatomices: Authore eximio Artium & Medicinæ Doctore Dño. M. Iacobo Berẽgario Carpẽsi Regij Lepidi ac Bononię ciue: Chirurgiam ordinariã i almo Bononiẽsi Gymnasio Docẽte. Anno. virginei part⁹. M.D.xxij sub Die. 30. Decẽbris.

TImpressum Venetijs per Bernardinum De Vitalibus Venetum. M.D.XXXV.

REGISTRVM.

a b c d e f g h Tutti sono quaderni.

Shown in *Dream Anatomies Exhibitions*
At 5-10 footcandles (no UV) for 6 months
Page 62 verso

★ ★ ARMY ★ ★
MEDICAL LIBRARY
Cleveland Branch